646 Acordão em Relação os do Desembargo de El Rey nosso Senhor em sua presença, &c. visto este feito, & a Provisão do dito Senhor, porque o mandou rever, nam he o supplicante aggravado pelos Desembargadores dos aggrevos, cumprase sua sentença por seus fundamentos, & pelo mais dos autos, & condenão ao supplicante nas custas delles, & no perdidimento da caução, para os herdeiros dos Desembargadores, que derão a sentença. Lisboa 10. de Julho de 1648. Marchão, Porto, Fogos, Velho, Doutor Abreu, Doutor Basto, Botelho.

647 No feito de Manoel Jacome Raposo, & sua mulher, com a Madre Isabel da Visitação, Religiosa no Convento da Esperança da Cidade de Ponte Delgada da Ilha de S. Miguel, Escrivão o das Ilhas, se deu a sentença seguinte.

Vistos os autos, libello do A. originario Alexandre Correa de Sousa, em cujo lugar por seu falecimento sucede o sua irmã D. Maria Clara de Meneses, contrariedade do R. originario Pedro Jacome Raposo, em cujo lugar sucede seu filho Manoel Jacome Raposo Reo actual, primeiros artigos de oposição do oppoente Francisco Raposo Pimentel, por cujo falecimento foy citado, & habilitado seu filho Bras Raposo Pimentel, que por nam fazer procuraçao foy lançado do que podia allegar, segundos artigos de oposição da Madre Isabel da Visitação, Freyra professsa do Convento da Esperança desta Cidade, terceiros artigos de oposição de Dona Francisca da Resurreição, Freyra professsa no Convento de Subserra Villa da Castanheira, contrariedade aos ditos artigos de oposição, prova por testemunhas, & documentos dada por hūa, & outras partes: Mostrase por parte do dito A. originario, que Nuno de Atouguia no testamento sub cuja disposição faleceu instituir a morgado dos bens contendos na dita instituição, ordenando que por seu falecimento sucedesse nelle sua irmã Dona Catherina de Atouguia, casada com D. Diogo de Sousa, & por sua morte seu filho mais velho varão, & nam o havendo iria à femea mais velha; com declaração, que em nenhum caso sucederia Dona Branca, nem Manoel Correa seu marido, nem seus descendentes, antes queria, que nam havendo filho, ou filha da dita Dona Catherina sua irmã, mais que a dita Dona Branca, ou seus descendentes, ella, nem elles podessem suceder, antes sucederia logo o seu parente mais chegado ao ultimo possuidor, & que onde ouvesse macho de sua geração, nam sucederia a femea. Mostrase por falecimen-

to do dito instituidor, suceder no dito morgado a dita sua irmã Dona Catherina de Atouguia primeiro chamada, & por seu falecimento suceder sua filha Dona Maria de Noronha, que casou com Dom Manoel de Ataide Conde da Castanheira, por morte da qual sucede o seu filho Dom João de Ataide Conde da Castanheira, por falecimento da qual, & nam deixar descendentes legítimos, sucede o sua irmã Dona Angela do Espírito Santo, Freyra professsa no suo Convento de Subserra, por falecimento da qual, & por se achar de posse dos bens do dito morgado o R. originario Pedro Jacome Raposo, oferecia contra elle o dito A. originario o libello fol. 2, dizendo lhe pertencia o dito morgado por ser do sangue do instituidor, & parente mais chegado ao ultimo possuidor, por ser bisneto do barão Jacome Raposo, que era primo com irmão do instituidor, por serem filhos de duas irmãs, & netos de Ruy Vas Gago Dociao, & Catherina Gomes Raposa, que he aquella de que falla Gama na decis. 224. & assim ficar sendo parente no quinto grao dos ultimos possuidores o dito Conde Dom João de Ataide, & a dita sua irmã Dona Angela do Espírito Santo. Mostrase por parte do dito R. originario, que a elle lhe pertence o dito morgado, por ser bisneto de Iurdão Jacome Raposo, de quem tambem falla a dita decisão de Gama, que era irmão mais velho do dito barão Jacome Raposo bisavo do A. & ser parente tambem no mesmo quinto grao dos ditos ultimos possuidores, & ser mais velho em idade do que o A. Mostrase por parte do primeiro oppoente Francisco Raposo Pimentel, ser tambem bisneto do dito Iurdão Jacome Raposo, & assim ficar no mesmo quinto grao com os ditos ultimos possuidores, & ter de mais a qualidade de ser mais velho em idade que o dito A. & R. originarios, & como tal pertencer ao dito morgado. Mostrase por parte da segunda oppoente Isabel da Visitação ser neta do dito Iurdão Jacome Raposo, & como tal ser parente dos ditos dous ultimos possuidores no quarto grao, ficando mais proxima hum grau do que o dito A. & R. originarios, & o oppoente Francisco Raposo Pimentel, & como tal a ella pertencer a sucessão do dito morgado, pedindo fossem condenados assim o dito A. como R. a largarem lhe os bens, que cada hum possuia, pertencentes ao dito morgado, com os frutos da indevida ocupação. Mostrase finalmente por parte da terceira oppoente Dona Francisca da Resurreição, que ella, & o dito Convento de Subserra em que he professsa estavão de posse do dito morgado havia cinco annos, a qual lhe fora julgada por sentença & qui-

& que a ella, & ao dito Convento devia citar, & demandar a oppoente Isabel da Visitação, se entendia ter direito nos ditos bens do morgado, & não ao R. originario Pedro Iacome Raposo, ao qual por húa amigavel composição fizera o dito Convento deixação das rendas do dito morgado, que tinha nessa Ilha, para delas dar ao dito Convento setenta moyos de trigo cada anno ; pelo que sendo ella dita oppoente, & o dito Convento possuidores, os devião citar sobre a propriedade dos ditos bens, os quaes nam pertenciam ao dito R. originario, nem a oppoente a dita Isabel da Visitação, mas a ella oppoente Dona Francisca da Resurreição, & ao dito Convento. O que visto, & o mais dos autos, disposição de Direito, & como se prova nam estar de posse dos bens do dito morgado a dita oppoente Dona Francisca da Resurreição, nem o Convento, em que está professsa, porque dado caso, que lhe fosse julgada por sentença, nam mostra que a tomassem ; & dado que a tomassem, a largarão, & transferirão no R. originario Pedro Iacome Raposo, & seu filho R. actual pela escritura de transanção fol. 106. com pensão de dar ao dito Convento em cada hum anno setenta moyos de trigo, em quanto vivesse a dita oppoente D. Francisca, nos quais termos ficarão, como são, possuidores dos ditos bens os ditos RR. & nam o dito Convento de Subserra, pelo que contra os ditos RR. se proseguiu justamente esta demanda, & nam se devia proseguir contra o dito Convento, que nunca teve posse, ou se a teve, a dimissio, & largou. E visto outrossim, como se prova, que a dita Dona Francisca da Resurreição, filha bastarda do dito Conde Dom Ioaõ de Ataide, & como tal nam poder suceder neste morgado, por ser instituido pelo dito Nuno de Atouguia, que era homem Fidalgo, & conforme a Direito nos morgados instituidos por pessoas nobres constituídas em dignidade, nam poderem suceder os bastardos, por ser a tencam de semelhantes instituidores conservar sua agnação, familia, & memoria, & daquelles que chamaõ à sucessão, o que se nam conserva pelos naturaes, ou bastardos, que senam dizem nobres, posto que filhos de nobres, o que melhor se colhe do caso presente, porque deixando o dito instituidor a hum filho seu natural propriedades, que rendesssem cento & cinco mil reis, como consta da instituição fol. 15. declarou, que elle os poderia deixar a seus herdeiros, com condição, que seriam filhos, ou descendentes de legitimo matrimonio, & que morrendo sem filhos, ou descendentes legitimos tornariam a este morgado, cõ que se verifica, nam quiz sucedesse nelle senão os descendentes legitimos,

Pars II.;

além de que a dita oppoente Dona Francisca da Resurreição, & o dito Convento em que he professsa, se nam opuzeram a esta causa diretamente com fundamento de successam, mas somente com fundamento de estarem de posse dos bens da contendia, a qual posse nam provam, antes se prova a tella o R. originario, & hóje o R. actual seja filho, pelo que julgo os ditos artigos da oppoente Dona Francisca por nam provados, & que as mais partes nam tem obrigaçao de a cuar, nem demandar, nem ao dito Mosteiro em que ella está professsa, & deferindo ao direito das mais partes, visto como se prova, que o A. originario Alexandre Correa de Sousa, & o R. tambem originario Pedro Iacome Raposo, & o oppoente Francisco Raposo Pimentel, são parentes dos ultimos possuidores no quinto grao, & a oppoente Isabel da Visitação no quarto grao, & nam haver representação neste caso, por serem todos os pertendentes transversaes, assim a respeito do instituidor, como dos dous ultimos possuidores, & estarem fóra dos graos em que a Ordenação admite representação nos transversaes, & conforme a dita Ordenação, dever suceder nos bens do morgado o parente mais chegado ao ultimo possuidor, sendo do sangue do instituidor; Julgo pertencer a sucessão de le morgado à dita oppoente a Madre Isabel da Visitação, sem embargo do que o R. actual allega contra ella, de que o dito instituidor poz clausula, que onde ouvesse macho, nam sucederia femea, porque a tal clausula foy posta no caso em que a dita Dona Catherina sua irmãa primeira chamada não tivesse outro filho, ou filha, mais que a dita D. Branca, a qual, & seus descendentes excluiu, nam querendo que elles entrasssem nesta sucessão, mas que logo sucedesse seu parente mais chegado ao ultimo possuidor, & que onde ouvesse macho de sua geração, nam sucederia a femea, & como este caso falhou, por ter a dita Dona Catherina primeiro chamada outra filha, que foy Dona Maria de Noronha, que de facto sucedeu no dito morgado, ficou cessando a dita clausula, que foy posta no caso que nam ouvesse outros filhos da dita Dona Catherina, senam a dita Dona Branca, ou descendentes seus, & dado que a dita clausula se entenda posta geralmente para todas as successões, & comprehenda este caso ; com tudo se deve entender, que havendo macho nam sucederia a femea, estando ambos em igual grao, & nam estando a femea em grao mais proximo; assim porque nam sendo este morgado de agnação, nem ainda de masculinidade, mas regular, pois nelle chamou o instituidor femeas na falta de varoens ; nam

he de crer, que o instituidor quizesse sucedesse em nelle os varoens mais remotos, excluindo as femeas mais proximas, por ser conforme a Direito nos morgados regulares excluir as femeas mais proximas aos varoens mais remotos, & todo o testador se presume conformar-se com as regras de Direito, em quanto se nam mostra evidentemente, que dispoz o contrario; como tambem porque chamando o instituidor na mesma oração ao parente mais chegado do ultimo possuidor, continuando logo, que aonde ouvesse macho, nam sucederia femea, nam he de crer, que in continentis se retratasse, nam querendo que sucedesse o parente mais chegado ao ultimo possuidor, que tinha chamado, por se nam presumir, conforme a Direito, mudança da vontade incontinenti, & se deve presumir, que depois de chamar o parente mais chegado ao ultimo possuidor, dizer logo, que aonde ouvesse macho, nam sucederia femea, soy explicar que esse parente mais chegado, que tinha chamado, nam seeria femea, havendo macho, como tambem na segunda vocação por morte da primeira chamada sua irmã, chamou sua filha, não tendo filho macho, o que melhor declara pelas palavras, que usou o dito instituidor, pois nam disse em quanto ouver macho de minha geração, nam sucederá a femea, mas disse, onde ouver macho de minha geração, nam sucederá a femea: a qual palavra, onde, que em latim se diz, ubi, he demonstrativa de lugar, & tem relação ao lugar, o qual em Direito, he o mesmo que grao, & o mesmo foy dizer o instituidor, que aonde ouvesse macho, não sucederia femea, que dizer, que no lugar, on grao, em que ouvesse macho, nam sucederia a femea, pelo que nam estando o dito A. & R. originarios, & o dito oppoente Francisco Raposo Pimentel no lugar, & grao, em que esta a dita oppoente Isabel da Visitação, mas em lugar mais baixo, & grao mais remoto, por elles ficarem com os ultimos possuidores no quinto grao, & ella no quarto, posto que varoens, & ella femea, deve ella preferir portar a qualidade do grao, a que se atende primeiro do que a qualidade do sexo, & ser dispositam, nam só da Ordenações, que suceda o parente mais chegado ao ultimo possuidor, mas ainda declaração expressa do instituidor neste morgado, & finalmente porque ainda em caso, que ouvera algua dúvida, que nam ha, se deve conforme a Direito resolver a favor da femea mais proxima, por ser fundada a presumpçam per sy, & nam poder ser excluida por varoens mais remotos, senam no caso, que a dita exclusam se prova evidentissimamente, o que senam mostraneste caso, antes o con-

trario. Pelo que condeno ao R. actual Manoel Iacome Raposo, & a A. actual D. Maria Clara de Meneses, que restituam á dita oppoente Isabel da Visitação os bens desse morgado, que cada hum possue, com os frutos da lide contestada em diante, que se entende do tempo, que o dito R. contrariou os artigos de opposição fol. 166. & do tempo que foy vista a dita A. Dona Maria Clara para contrariar os ditos artigos de opposição, que nam contrariou, como consta fol. 325. & as custas dos autos pagarão igualmente a A. & R. antucas, & a oppoente Dona Francisca da Re. surreição. Ponte Delgada 25. de Junho de 1674. Manoel Bicudo de Mendonça.

A qua sententia fuit appellatum ad Sup. applicationis Senatum, ubi fuit confirmata, & fundata in deliberationibus sequentibus.

Semper judicare, quod filius natura. 649 lis nunquam in maioratum succedere potest, nisi quando per instituentem fuerit vocatus expressis verbis, aut indubitate conjectura, juxta doctrinam Gregor. Lop. in L. 2. tit. 15. part. 2. gloss. Si el hijo mayor, quem refert, & sequitur Molin. de primog. lib. 1. cap. 4. num. 48. Vnde cum in institutione filius naturalis aliquo modo vocatus non reperiatur, imo conjectura evidens in contrarium eliciatur, igitur soror Francisca, & filia penultimi successoris sit, nunquam admittenda venit.

Itaque solummodo controversia vigeret inter Emmanuelē, & inter sororē Elisabeth; ista quidem proximiori in gradu repertur, veruntamen est fæmina: ille in remotiori gradu collocatur, at vero masculus est: controversiam dirimit institutionis clausula fol. 17. E onde ouver macho de minha geração, nam sucederá a femea. Veruntamen qualis hujus clausulæ sensus sit, non sine fundamento dubitari potest, siquidem duplíciter intelligi potest: primo, ut casu, quo in tota familia nullus masculus existat, tunc in subsidium admittatur fæmina; secundo, ut casu, quo deficiat in familia masculus proximior, aut æqualis, admittatur fæmina, & si remotiori in gradu unus pluresvè masculi reperiantur, cum enim utrumque sensum prædicta clausula admittat, videamus qualis vero similius est.

Clausulam accipiendam esse in sensu, de quo in secundo casu judicare, ita ut sit instituentis sensus, quod voluit, ut masculus excludat fæminam ejusdem gradus, non vero fæminam in proximiori gradu inventam, nam dictio, ubi, qua instituens usus fuit, accipitur pro loco, seu gradu: bonus text. in L. quis in legation. 8. ff. de jud. quasi disti-

set instituens, quod eo in gradu, quo masculus suae consanguinitatis inventus fuerit, excludatur fæmina. Si etenim instituens uteretur dictione, quandiu, alia vè simili, tunc procederet primus sensus juxta doctrinam Tonduti resol. civil. cap. 152. num. 9. ibi: *Quando testator ordinavit, quod quandiu, &c.* Nam tunc dispositio favore quorumcunque masculorum, relictis fæminis, & si proximiores sint, inducitur. Sequuntur plures, quos citat Caffanat. conf. 33. n. 37. & alijs innumerabiles.

652 In dubio maioratus regularis, non vero agnacitius judicandus est in nostro Regno, sicut in tota Hispania. In dubio maioratus institutio est accipienda secundum leges, visa enim nostra Ord. solummodo fæminæ excluduntur per masculos ejusdem, aut proximiорis gradus, & in nostro casu hoc procedere debet maiori cum ratione, siquidem ita disposuit instituens, quando circa descendentes illius Catherinæ primo vocatae disposuit: nulla equidem mihi se se offert conjectura, qua possim concipere, quod instituens voluit in transversalium substitutione eandem formam alterare; cætera relinquo, quia nil ad punctum cohærent; si enim placuerint, satis otiose per fastidiosos Patronos ita judicare, confirmata sententia Vlyssipone 10. Augusti 1675. Doutor Alvarez Coelho.

653 Lato, & prolixo calamo doctissimi advocati dimicant impræsentiarum, in re tamen nimis aperta insudant; constat namque sororem Elisabeth proximiorem esse ultimi possessoris, ut ex sanguine institutoris, & intrat DD. traditio, quod ad maioratus successionem præsertur, plures per Gam. decis. 7. ubi optime, & late Flores, qui de hac, & contraria opinione agit, & pro hac est hodie Ord. in 4. tit. 100. §. 2. Molin. de primog. lib. 3. cap. 9. Barb. ad dict. Ord. Gam. decis. 354. num. 10. & 385. Senator Pereir. decis. 5. num. 4. Valasco. conf. 121. num. 7. Nec ei officit sexus qualitas, observata institutionis forma, nam institutio præferens masculos in primogenitura intelligitur de masculo ejusdem gradus, ut omnes fere nostri testantur, ut per Cabed. decis. 20. & decis. 208. 1. p. Molin. de primogen. lib. 3. cap. 5. num. 71. ubi Addentes. Nec etiam ei officit status Religiosus; quia Meniales quando non excluduntur ab instituente, succedunt in maioratu. Gom. in L. 40. Tauri n. 66. Gam. decis. 6. Flor. var. q. 26. lib. 1. art. 2. num. 2. Cald. de nomin. q. 6. num. 1. in fin. & quotidie judicamus, & cum ita evidenter constat ex processus serie, & soror Francil-

ea illegitima sit, & ut talis non admittenda; Pereir. decis. 14. ex num. 4. Flor. var. q. 16. num. 13. lib. 1. recte convincitur, quod in contrarium adducta non infringant jus sororis Elisabeth. & quod summo jure pronuntiavit doctissimus Praeses, cuius sententiam laudo, & confirmare placet. Vlyssipone 28. Novembbris 1675. Ribeyro.

Elisabetha, & instituenti, & ultimo maioratus possessori proximior reperitur per clauses institutionis; non excluditur à successione, licet Monasticam vitam degat, ut eleganter in sententia appellata, & præsentibus suffragijs apparet demonstratum; unde necessario sequitur exclusio appellantis, & appellatricis, cum in remotiori gradu sint constituti, & Monialis appellatrix sit affecta reali vitio illegitimitatis, quod illam ad primogenium hoc à persona spectabili institutum reddit incapaci; teneat igitur judicat im Vlyssipone 18. Decembbris 1675. Cardoso.

No feito de Antonio de Mello Lobo 655 contra Manoel de Mello da Silva, & sua mulher, Escrivão Manoel Soares Ribeiro, se deu a sentença seguinte.

Vistos estes autos, libello do A. Antonio de Mello Lobo a fol. 5 contrariedade do R. Manoel de Mello da Silva a fol. 87. prova de testemunhas, documentos, & razoens juntas: Mostrase demandar o A. quatro morgados instituidos pelas pessoas que declara em seu libello, dos quaes foy ultimo possuidor Henrique de Mello, que morreо sem filhos, em razam do que foy pertencendo a successam delles ao seu parente mais chegado; mostra o A. ser filho de Dona Catherina de Tavora sobrinha do ultimo possuidor, que foy casada com Florestão Lobo, & filha de Dona Anna de Mello, irmã do ultimo possuidor Henrique de Mello, & que o R. està em grao mais remoto, porque ainda que seja parente do ultimo possuidor, nam havia ao tempo de seu falecimento outro algum parente mais chegado, a quem pertencesse a successam dos ditos morgados, mais que sua sobrinha Dona Catherina de Tavora mā do A. que precisamente devia entrar na dita successam. Por parte do R. se mostra, que o ultimo possuidor Henrique de Mello teve dous sobrinhos, filhos de sua irmã Dona Anna de Mello, & Antonio de Mello o Velho; a saber Nuno de Mello, que morreо na armada de Fräça o anno de 1626. em vida do dito Henrique de Mello, & Dona Catherina de Tavora irmã do dito Nuno de Mello, & mā do A. & que por o dito Nuno de Mello seu avo morrer na dita armada, & defensa da patria, se reputava de Direito

reito por gloria, vivo ao tempo da morte do ultimo possuidor Henrique de Mello para excluir a māy do A. Dona Catherina de Tavora, & ter intrancia na successão dos ditos morgados seu filho Antonio de Mello da Silva pay do R. que continua a mesma sucessão, por estar na sua linha, & ser varão. O que tudo visto, & o mais dos autos, disporiam de Direito em tal caso, & como se mostra entrar o pay d. R. Antonio de Mello da Silva (pela ficção de Direito com que Nuno de Mello se reputava vivo por morte do ultimo possuidor, por morrer em justa guerra em defensa da patria) na sucessão destes morgados, com que ficou excluida a māy do A. & o R. continuar a mesma linha, o absoluto do pedido pelo A. ao qual condeno nas custas destes autos. Lisboa 2. de Setembro de 1680. Antonio da Costa Nevaes.

656 Ab hac sententia fuit gravamen interpolatum ad Supplicationis Senatum, ubi lata fuit sententia sequens.

Acordam os do D:sembargo, &c. Aggravado he o aggravante pelo Corregedor do Civel da Corte, em absolver o R. dos morgados que o A. aggravante lhe pede; revogando sua sentença, vistos os autos, & como o A. mostra ser o parente mais chegado do ultimo possuidor Henrique de Mello por parte de sua māy Dona Catherina de Tavora, & o R. aggravado estar em grao mais remoto, que só pertende os ditos morgados por dizer, que Nuno de Mello precedia à māy do A. por afigação de Direito, que presume viver os que morrem na guerra por gloria, & suposto que Henrique de Tavora, & a māy do A. Dona Catherina de Tavora, irmãos do dito Nuno de Mello ficarão vivos; com tudo pela dita ficção que o nosso Direito Municipal tanto favorece, pertendia o R. preferir nos quatro morgados da contenda. O que tudo visto com o mais dos autos, & ser opinião mais comum dos Doutores, nam proceder a ficção para se reputar vivo por gloria o que morre no naufrágio, que era só o direito que ao R. embargado competia para suceder nos morgados que indebitamente possue, condeno ao R. abra mão dos ditos morgados, & os restitua ao A. embargante com os frutos da lide contestada, & nas custas dos autos. Lisboa 27. de Abril de 1682. Andrade Rua, Sampayo, Freyre.

657 Hæc sententia fundata fuit in sequentibus deliberationibus.

Quamvis gloriosum sit pro patria mori, ita ut aliquando fictione juris mortui in bello per gloriam vivere censeantur, L. bello amissi ff. de excusat. tutel. §. sed in bello

inst. eodem; attamen ad hujusmodi fictionem in maioratum successionibus inducendam tanta inter Doctores controversia datur, ut vix discerni possit, quorum opinio validioribus nitatur fundamentis, ut videtur est per Valasc. conf. 148. per totam, Cardos. de jure accrescendi in primo responso à num. 81. cum seqq. ubi referunt Gam. Castilb. Cov. Cab. & alios quamplurimos.

Si ergo ad hujusmodi fictionem in maiorum tuum successionibus inducendam tantum DD. inter se controvèrtuntur; quid erit in nostro casu, ubi non de occiso in conflito belli, sed tantum de milite navigante agitur, qui submersa navi, in qua vobebatur, periret?

Ad investigandam igitur veritatem, ali. 659 qua prænotanda veniunt; & primo prænotandum est, milites, qui in classibus vehuntur, tantummodo militibus in expeditione, non vero in concursu belli positis assimilari, ut eleganter, & singulariter explicat Egyd. in L. 1. 2. p. §. 1. num. 8. Cod. de sacros Eccles.

Secundo advertendum venit hujusmodi fictionem vivendi per gloriam solum habere locum in militibus in conflito belli occisis, aut ita vulneratis, ut in continentibus diutis vulneribus moriantur, non vero in illis, qui in via, aut in expeditione sunt, quavis etiam isti occasione belli mori dicantur, ut de more magistraliter explicat Harpherr. in princip. inst. de excusat tut. n. 9. Valasc. d. conf. 148. à n. 16. cum seqq.

Quibus suppositis, jam nostræ questionis vera appetet resolutio, scilicet hujusmodi fictionem in militibus naufragio morientibus non habere locum, quia tantummodo militibus in expeditione belli assimilantur, qui quidem tali fictione non fruuntur. Harpherr. Valasc. locis citatis. Enimvero qui naufragio pereunt minimè in acie belli mortui dici possunt, licet namque dum in classibus vehuntur in exercitio esse dicantur, tamen non ad procentum belli, neque ad inimicos pervenerunt, ideo tantum causa belli mortui dici possunt, ut optime explicat Egyd. loco citato à num. 1. cum seqq. omnino videndus.

Igitur tandem etiam si cum Valasc. & co- 661 muni saltem de consuetudine Regni hujusmodi fictionem in maioratum successionibus practicemus, nullo tamen modo eam ad milites in classibus naufragio pereantes extendere possumus.

Sed adversus hujusmodi resolutionem 662 non levis se se insurgit difficultas deducta ex Ord. lib. 4. tit. 104. §. 4. ubi fictio vivendi per

per gloriam etiam morientibus in via belli datur, unde saltem ex jure, & consuetudine Regni etiam militibus, qui naufragio pereunt, concedi dicendum est.

663 Hac tamen difficultate non obstante, vera est supra posita resolutio, & ad argumentum respondetur, Legislatorem in praedicta Ord. tantum de excusandis parentibus ab onere tutelarum disposuisse, ideoque nihil mirum, quod à jure communi deviasset, & hujusmodi fictionem ad militares in via belli morientes ampliasset; sed quando circa honorum Coronæ successionem legislavit, ad terminos juris communis se restrinxit, & solum militibus in acie belli mortuis dictam fictionem concessit Ord. lib. 2 tit. 35. §. 1. *Valasc.* & alij locis citatis à num. 25. si ergo legem quasi terminantem habemus, ubi legislator circa honorum Coronæ successiōnēm disposuit, & quando in illis dicta fictio haberet locum exposuit; quomodo, qua ratione honorum patrimonialium successiōnēm per dispositionem dictæ Legis non regulabimus, siquidem ad hujusmodi intentum nulla ratio differentiæ datur, ut ratione cinatur *Valasc.* d. conf. 148.

664 Nostra resolutione ita defensa, jam patet, Reum majoratus, de quibus agitur, injuste retinere; ad illorum namque successionem, neque ex sua persona, neque ex persona Nunij avius ad excludendum A. admitti debet. Non ex persona Nunij ejus avi, quoniam licet dictum Nunium in classe, qua ad præliandum cum Mauris vehebatur, per se constet, attamen nullo modo mortuus in acie belli dici potest, quia tantum in via, aut expeditione mortuis assimilatur, quibus dicta fictio minime ad successiones conceditur.

665 Ex sua etiam persona, neque ratione gradus, neque ex vi representationis, neque ex meliori linea A. præcedere potest. Non ratione gradus, quia ex actis constat, & R. factetur Actorem tempore delatae successionis majoratum possessori proximorem esse. Non ex vi representationis, quia A. & R. neque ab institutore, neque ab ultimo possidente descendunt, imo potius utribusque sunt transversales, quibus representatione tantum datur inter fratres fratrumque filios. *Authent. de hered. ab intest. §. si igitur, col. 9. Auth. post fratres Cod. de suis, & legitimis heredib. extra quem gradum erat R. resp. & tu ultimi possessoris, cui succedebatur, ideoque representationis privilegium locum non habebat.*

666 Neque tandem ex meliori linea, quia D. Lucia majoratum posserit duos habuit

filios, Henrimum scilicet, qui in majoratis successit, & illorum fuit ultimus possessor, & D. Annam, ex qua A. & R. suam trahunt descendantiam, ut ipsamet D. Anna tanquam filia majoratum possetricis lineam sibi, & suis descendantibus constituit. Cap. 1. de success. f. ead. ibi: *Ad solos, & omnes qui in illa linea sunt cum similibus.* Ita hujus opinionis antesignanus docet *Paul. de Castr. conf. 164.* & alij, quos refert, & sequitur *Sous. de Maced. dec. 16. num. 9. Valasc. de just. acclamat. 2 p. punct. I. §. 1. n. 11.* unde negari non potest A. & R. in eadem linea esse tanquam delcendentes à dicta D. Anna, quæ sibi, suisque descendantibus lineam constituit, quibus in terminis majoratum successio proximiori in gradu deferatur, ex eo scilicet, quia in eadem linea, quando representatio non habet locum, semper attenditur gradus, ita ut ille, qui proximior ultimo possessori invenitur, esse præferatur *L. cum ita §. in fideicommissis,* ibi: *Et qui ex his proximo gradu sunt, ff. de legat. 2. Molin. de primogen. lib. 3. cap 4. num. 14. Gutierr. præt. lib. 5. q. 67. num. 12. alias 22. Sous. in L. fæmina de regul. juris, Sous. de Maced. d. dec. 16. num 6 Valasc. d. loco n. 15. & 16.*

Ex illis igitur meritissimi Curialis prædis sententia revocata, R. condemnarem, ut majoratus A. restituat cum fructibus à tempore litis contestatae. *Vlyssipone 26. Octobris 1681. Sampayo.*

Sapientissimus, & amantissimus Dominus tam doctissime hujus processus dubitationes omnes enucleavit, quod nihil intactum reliquit: visis juribus, & Doctoribus ab eo adductis, ideo ejus placitum libenter amplector. *Ulyssipone 22. Decembris 1681. Freyre.*

Sententiam curialis Prætoris etiam reformatam opinionem communem magis secundo, quod non dicuntur vivere per gloriam illi, qui in naufragio vitam amiserit, ad quod consului *Valasc. conf. 148. num. 25. & Cabed. 1. p. dec. 147. cum Gam. dec. etiam 307. Vlyssipone 19. Aprilis 1682. Andrade Rua.*

Hæc sententia fundari etiam potest circa vitam per gloriam ex *Luca de linea legal. respons. 6. per tot.* ubi quod hæc fictio non extenditur ad successiones.

Sed salva pace Senatus, mihi verior videatur contraria sententia, ut dixi in petitione revisionis à me facta in d. causa, & relictis alijs fundamentis circa lineam, & representationem, de quibus *num. 57 1. & seqq. circa fundamentum vivendi per gloriam ita dixi.*

- 672 *Est conclusio indubitabilis in jure, illum in bello mortuum per gloriam vivere per fictionem legis ad effectum succedendi patris suo, ita in maioribus Coronæ, sicut in patrimonialibus, in quibus successurus erat, locum ampliando in successione filio suo adversus patrum, qui repertus est vivens tempore mortis ultimi possessoris, ut probatur ex textu in L. bello ammissi ff. excusat. tutor. L. ultima ff. vacatione munera. §. i. inst. de excusat. tutor.*
- 673 *Et quod horum textuum decisio generaliter procedat in omnibus materijs successionum, resolutum extat à Roman. originali Authore hujas opinionis conf. 29. num. 1. Tiraquel. de primogenit. q. 40. num. 227. Gabr. lib. 4. commun. tit. de successione ab intest. concl. 2. n. 17. vers. potest.*
- 674 *Et in terminis successionum maioratum, bonorumque Coronæ, in quibus differtur per viam maioratus, hæc fictio generaliter invenitur recepta, ut tradunt Cost. in quæst patrui 1. p. num. 34. & 2. p. n. 20. & 3. p. num. 12. & in §. cum in bello, verbo perijffet, num. 2. Valasc. de jure emphyt. q. 50. num. 16. vers. nec movere debet, Gam. dec. 307. num. 14. ubi refert quam plurimas sententias prolatas in hoc casu in præsentia Regum hujus Regni, Cabed. i. p. dec. 147. num. 2. Matiens in L. 6. tit. 7. gloss. 3. num. 34. lib. 5. recopil. Ayala de jure belli lib. 3. cap. 3. num. 23. Peralta in repit. rubr. de hereditib. instituend. num. 130. Alvarad de conjectur. mente defuncti lib. 2. cap. 3. §. 3. num. 40. Molin. de Iust. tract. 2. disp. 630. n. 5. Georg. Acacio de privileg. militum cap. 3. num. 31. eleganter etiam Hieron. Altamiran. de filiis official. milit. qui in bello moriuntur, ad rubr. cap. 4. num. 56. & seqq. ubi affirmat hanc resolutionem procedere in omnibus successionis, & maioratum materijs, & quod sit in jure communi indubitabile, ipsimet refertur nostra Ord. lib. 2. tit. 35. §. 2.*
- 675 *Hæc opinio, in tam magna Doctorum authoritate eam sine controversia sequentium, innixa, in expresso jure fundata invenitur, quod efficaciter probatur ex tex-  
tu in d. §. i. inst. de excusat. tutor. ubi, ut Iu-  
stinianus Imperator confirmaret illius tex-  
tus particularem decisionem, quod filius in  
acie mortuus prodest patriæ ad excusatio-  
nem tutelæ, per expressam rationem fictio-  
nem tradit generalem, quod hi, qui pro Re-  
publica ceciderunt, in perpetuo vivere in-  
telliguntur, ut patet ex verbis ibi: *Hic enim  
qui pro Republica ceciderunt, in perpetuum  
per gloriam vivere intelliguntur.**
- 676 *Itaque quamvis decisio textus fuerit par-*

*ticularis, neutquam facit particularem fi-  
ctionem, quia ex generali fictione argumen-  
tum posuit Imperator ad casum particulare  
tutoriæ, ut optime advertit Peralta d.  
num. 130. vers. secunda advertentia est, ibi:  
Textus optimus in d. §. i. in ratione generali,  
quam ponit, & ita ex illo textu generalem fi-  
ctionem colligunt Interpretes, ut mortuos in  
bello vivere per gloriam censemur.*

*Et erat hæc fictio ita vulgaris apud Ro-  
manos, quod instar proverbij in ore fete-  
batur, ut colligitur ex Cicerone nona Phi-  
lippica: hi maiores nostri, qui ob Rempubli-  
cam mortem obierant, pro brevi vita diuturnam memoriam reddiderunt; ob quod  
fictio quædam ita celebrata, & generalis, di-  
ci non potest fuisse particularis ad unum ca-  
sum excusationis tutoriæ.*

*Et in hac forma in omnibus casibus in  
jure occurribus semper in bello mor-  
tuus, ut vivus reputatus fuit quoad omnes  
effectus, & non solum ad tutoriæ particula-  
rem, sed ad omnes, ut videtur est in L. fin. ff.  
vacatione munera. ubi generaliter fingitur  
vivus ad excusationem omnium munerum;  
& in L. i. Cod. de filiis official. & milit. qui  
in bello moriuntur, ubi dicitur, quod filii il-  
lorum, qui in bello moriuntur, succedunt  
in officio patris, & in omnibus juribus, quæ  
habet, ut post Glossam ibi notavit Pirrus. O  
Platea.*

*Et est notatione digna constitutio Graecis  
posita in eodem titulo in Græcis Pandectis,  
quam exponit Jacobus Cujacius in commen-  
tar. ejusdem tit. Cod. de filiis official. cujus  
hæc sunt verba: *Si quis quocunque modo mi-  
litans in bello moriatur, filius eius si unus  
vel ex multis maior natu in locum ejus suc-  
cedat, & easdem annonas accipiat; per que-  
jura resolvit Platea in d. L. i. quod se domi-  
nus feudi moriatur in bello, feendum reman-  
re debet apud illius filiam, quæ alias incipi-  
erat successionis feudi, allegans fictionem  
§. i. inst. de excusat. eleganter exornat, &  
varijs exemplis comprobat Altamiran. lib.  
cap. 4. de filiis official. n. 56. & seqq.**

*Hanc fictionis generalitatem, quin restri-  
cta fuisset ad certum casum, approbat Lex  
partitæ 3. tit. 25. part. 2. dicens, ita esse in  
communi jure, ut patet ex verbis ibi: *Los  
que así recibiesen muerte por derecho, mas  
los deven llamar pasados, que muertos; ex  
qua in sumario generaliter notavit Gre-  
gor. Lop. quod mortuus in bello per glo-  
riam vivere censemur; & finaliter, esse di-  
ctam fictionem generalem, doctrina fuit  
Bartol. in d. L. bello ammissi num. 3. in 3. le-  
ctura, ubi proposuit questionem, an pre-  
dicta**

dicta fictio quo ad alia prodebet, & affirmativa resolvit, ut patet ibi: *Tu vides hic, quod filii amissi in bello presunt patri quoad excusationem, sed nunquid presunt quoad alia?* Et responde, & bene quod sic; & Bartolum sequuntur omnes Doctores relati, & hac de causa summa consideratione posita fuere in Ord. lib. 2. tit. 35. & §. 1. & 2. illa verba: *Porque em tal caso conforme a Direito, he havido como se vivera;* in quibus decidit, quod applicari haec fictio ad casum successionum, ut nepos preferatur patruo, est secundum jus commune, ut Lex dicit, si quidem refertur ad jus commune, & non est decisio nova, itaque observantia Regni, ut fatentur Valasc. d. consult. 148. num. 34. & Gondisald. Mend. à Cabbed. diversor. argumentorum lib. 3. cap. 3. num. 23. quia in illo semper mos fuit ita observari, & latæ fuere quam plurimæ sententiae, quod ita fuerit observatum, in praesentia Regum oblatæ, ut referunt Valasc. uterque Cabed. Cost. & Gam. ubi supra; & sufficiebat, quod fuisse Bartoli opinio relata, & accepta uniformiter à Doctoribus citatis, ut ita fuisse judicatum per ejus resolutionem, & ut Lex acceptaretur, & ita servaretur. Ord. lib. 2. tit. 64. §. 1.

681 Et quamvis hæ leges, & resolutiones loquantur in casu, quo mortuus & pater in bello animam exhalavit, & in illius conflictu, attamen hoc met ipsum procedit, & locum habere debet respectu mortui in classe, & in via ejusdem belli, cum vectus fuerit in navigio, quo periclitatus est, in Regis servitium; cum unus, & alter casus, in bellico actu moriendi, aut ad ipsum bellum migrandi, æquiparetur in Ord. Regni lib. 4. tit. 104. ad fin. princip. quia ita per gloriam vivere reputatur unus, quam alter; ut videatur ex verbis ipsius Ord. E post que os ditos cinco filhos, ou netos nam sejaõ vivos ao tempo que a dita tutoria lhe for encarregada a seu pay, ou avo, se elles, ou cada hum dellis morreraõ em acto de guerra, ou indo para ella em nosso servigo; estes que assim morreraõ serão contados para excusar o dito seu pay, ou avo de toda a tutoria, como se fossem vivos.

682 Hæc Ordinatio desumpta est ex textibus in d. L. bello amissi, & §. 1. inst. de excusat. tutor. & ita intelligenda est cum eis sem interpretationibus à Doctoribus d. matis eisdem textibus, ut tenent Barbos. Valasc. Gam. quos Ego ipse refero in commentar. ad Ord. tom. 1. ad tit. 1. gloss. 1. num. 12. & sicut ipsi textus ad omnes successiones, ut ostensum est, extenduntur; ita & eodem modo ad illas dispositio Ordinationis debet extendi,

Pars II.

& locum habere tantummodo in speciali casu tutorię non debet, cum textus in illa loquentes, & ex quibus desumpta fuit Ordinatio, extendantur ad successiones, & maiori cum ratione in hoc casu, in quo illi, qui vehuntur in classibus, in Del, Regisque servitium, totiusque Regni adversus hostes nostræ Sanctæ Fidei vecti intelliguntur, qua de causa eodem fruuntur privilegio, ut narrat dicta Ordinatio, & comprobatur ex lib. 4. tit. 83. & hoc modo intelligitur, mortuum in via belli, & in naufragio per gloriam vivere, ita ut illum in bellico actu è vivis migrantem, ex dictis ab Acacio de privileg. milit. lib. 2. cap. 31. Altamiran⁹ ubi supra, quoniam unus, & alter casus in eadem Lege æquiparatur, & minus est in bello mori, aut quasi id ipsum, quam in via belli, aut in naufragio è vivis discedere.

Quia cum sit bellum illud formidabile 683 monstrum, quod mundi terrore gentium semper fuit horror, & destructio, quia fuit maius supplicium, quo Divina justitia Coronas humiliavit, Imperia devastavit, Sceptra conculcavit, cum sit Mars crudelis Saturnus, & Bellona crudelior Atreu alimenta sumens ex cadaveribus propriorum filiorum, quos gerit, efficitque mensarum suarum abundantia, tyrannidis patibula; semper enim fortuna in aciei theatro ruinarum relatione tragedia repræsentat, redditus consumendo, proprios attrahit, & alienos exhaurit, campos devastando, populationes ad nihil redigit, nemini ignoscendo; & hoc nihil aliud est, quam Dei flagellum propter hominum peccata; sicut per alia fundamenta ejus damna scribendo, est videndus Solozan. Emblem. 89. 90. & 91. Frances de Eccles. cathedralib. cap. 32. num. 5. & seqq. Martin. Maguer. de advocatia armata cap. 1. num. 44. & seqq. & ex omnibus istis considerationibus dici potest, mortuum in bello per gloriam vivere.

Et hoc idem procedit, & in fortioribus terminis in illo ad bellum navigio vecto, & in naufragio mortuo, quoniam æquiparato prælii casu ad ipsummet naufragium, digni equidem sunt maiori commiseratione, & digniora privilegia merentur in naufragio mortui, quam in bello perempti; quia si in bellico conflictu in conspectum hostium tormentorum horror, clamantium sonitus, vociferantium strepitus, globorum continuus sonitus, mortis spectacula, conflitus confusio, ansam præbent horrorem, pericula minantur, animos confundant, & capite periclitari efficiunt, & in naufragio loco adversariorum elementa præliantur, maio-

Nn res

res ut hostes, quām dæteris, reputata, quin inter mortem, & vitam maior distantia inveniatur, quām tabulæ altitudo, qua miserabiles ad undarum arborium vagantur, quā ad astra ascendendo, quā ad abyssum descendendo, quin aliud inveniatur refugium, nisi mar, cælumque, & sine alio remedio, quām fragilitas tabulæ, & sine alia spe, quām miraculi contingentia, tali modo, ut adversus elementa, & naufragia nil prodest valor, quoniam robusti resistere non possunt, imbellibusque subterlabi neutiquam licitum est, nauti timent, & omnes in diffidentiam venire haud dubitatur; denique extat solummodo confusio, undique horror, & ubique conflictus, quos naufragantes experiuntur, ad ostia mortis sine ulla vitae spe se videntes: qua quidem ratione mors naufragij æqualis est mortuo in bello, & maiori cum excessu, quia sunt horribilia maris pericula in naufragio, quām telluris in bellico conflictu; ita cum multis autoritatibus omnium litterarum, Poetarum, & Iuristarum resolvit Gibalin. de universa negotiatione lib. 2. cap. 1. art. 9. de naufragio n. 14. & seqq. & melioribus comprobat rationibus Cabrer. de metu lib. 2. cap. 35. per tot. & aliqua notat Strach. de navigat. num. 2. 3. & 3. Ex quo manifeste colligitur, quod cum aliquis in classe vehatur ad defensionem marium à Pyratis, & Mauris, cum moriatur in naufragio, hoc idem est, & ulterius, si in bellico confictu è vivis migrasset, ex rationibus supra relatis; & eadem resolutio, quam jus assumpsit super illis in bellico cōgressu pereantibus, locum sibi vendicare debet super morientibus in naufragio vectis ad bellum, siquidem mori in via ipsius belli idem omnino est in forma dictæ Ord. lib. 4. tit. 83. iuncto tit. 104. quām mori in bello congressu; quia Lex privilegium concessit in uno, & altero casu, & comprehendit successionis casum, siquidem DD. ipsum extendunt ad illam per eandem Ord. & textus, excusantes à tutoria, cum extendatur de uno ad alium casum, ut ostensum remanet; & ita id ipsum jus præoccupat filius mortuus in bello, quām ille migrans ad bellum, & ad illud vectus, & in via illius animam exhalavit, & in ipso naufragio, ut ita præter dispositionem d. Ord. lib. 4. tit. 104. comprobatur consideratio hæc cum Divinis, humanis, juridicis litteris, & communi Doctorū resolutione.

Probatur etiam hæc resolutio; nam par conceditur privilegium eunti ad prælium, & remanenti in castris, ut jure Divino caatum legitur lib. 1. Regum cap. 30. prope finem,

ibi: *Aqua enim pars erit descendantis ad prælium, & remanentis ad sarcinas, & similiiter dividunt;* & ita comprobata extat per jura Divina dicta resolutio, & per humana, ut notatum ostendimus supra; per civilia jura, per Legem 1. ff. de incendio, ruina, naufragio, ibi: *Quemadmodum solemus dicere in bello amissum, quod propter causam belli amittitur;* & ibi gloss. verbo *solemus dicere;* & per Ordinationem Regni d. tit. 104. & per Doctorum ipsius Regni resolutionem comprobatur per id, quod affirmat Lusitanus noster Ferdinand. Paez de excusandis parentibus à publicis muneribus num. 41. ibi: *Nam par conceditur privilegium eunti ad prælium, & remanenti in castris;* & num. 42. vers. ex quibus omnibus; ubi ad hoc eandem allegat Ord. lib. 4. tit. 104. ab antiqua, quæ erat lib. 1. tit. 67. §. 31. ubi post. quam retulit ipsius verba, quæ erant propria Ordinationis, & novæ Compillationis d. lib. 4. tit. 104. sequentia profert; quæ Ordinatio cum tam clara sit, sine dubio observanda est, & à fortiori in proposita specie, quando in bello vulneratus postea decepit; imo & in eo sortient locum, qui in obfitione mortuus fuerit: cum ex illis verbis, ou indo para ella, itinerantes etiam comprehendantur. Et secundum Regni modum ita æquiparatum esse, & resolutionem illius Valascus affirms consult. 148. num. 37. ibi: *Maxime in hoc Regno ubi Lex ad favorit preliantibus, quod etiam ad bellum eunt, & in itinere morientes, vel in aliquo actu belli pro vivis habet.* Atque ita hoc idem dicit, & resolvit circa illum in prælio, aut bellico confictu morientem, quām circa illum, qui viam faciens ad bellum, in itinere mortuus reperitur; & multo magis quando vectus per Regis mandatum in naufragio ad præliandum paratus animam exhalavit; ut etiam notat Egyd. in L. 1. Cod. sacros. Eccles. 2. p. §. 1. num. 4. §. præter vers. nec rursus; & hæ sunt juris communis dispositiones, quas refert Ord. lib. 2. tit. 35. §. 1. in illis verbis: *Porque em tal caso, conforme a Direito, he avido como se vivera.*

Sic itaque in his terminis non datur extensio, & quamvis daretur, licita erat, quod sit comprehensiva Legis; & admittitur extensio ad similes casus, ut eam comprobat Soares de legib. lib. 6. cap. 3. num. 16. & seqq. Barb. in L. si constante ff. soluto matrim. n. 94. & seqq. & in specie Arprecht. in §. 1. istit de excusat. tutor. n. 11.

Atque ita locum habet dicta dispositio, mortuum in bello per gloriam vivere in trans-

transversalibus, cum Lex solummodo loquatur in filijs, extenditur ad transversales, ut filius ingrediatur in locum patris in bello mortui, siquidem per gloriam vivit, & ad illum extenditur, ita ut textus, qui loquuntur in tutelis, extenduntur in hoc casu ad maioratus; eleganter unum, & alterum casum resolvit Gabr. Pereir. de Castr. dec. 59. num. 4. in sequentibus verbis: In secunda questione probabatur in actis Petrum Lopes de Sousa in belli acie occubuisse, atque ex eo dictus Lupus de Sousa allegabat, quod ipsius pater debebat censeri vivus, ut admitteretur ad successionem hujus maioratus, qui sororem matrem Comitis de Monsanto sine dubio excluderet; argument. text. in §. in bello amissi instit. de excusat. tutor. L. bello amissi ff. eodem, que decidendi ratio maioribus convenient, ex Peralt. in rubric. ff. de heredib. instituendis num. 130. Comprobat Ord. lib. 2. tit. 35. §. 1. ubi ad representationis beneficium assequendum huic fictio standum dicit Valasc. consult. 148. numer. 2.

688 Et idemmet argumentum ponens, quod fictio non possit ad transversales, nec ad maiornatum, nec ad casum in lege non expressum extendi, proponit in versiculo verum obstat, in sequentibus verbis: Verum obstat, quod haec fictio solum à Lege Regia d. §. 1. approbatur inter descendentes, ibi: Filhos daquelle que os ditos bens possuir; cumque agat inter patruum. & nepotem, ut illa fictione juvari valeat nepos contra patruum, alios casus videtur exclusiſſe, quando inter transversales esset contentio, quia fictio non debet extendi ad casus non expressos.

689 Et proposito sic hoc argumento, respondetur in vers. sed verius, in forma sequenti: Sed verius videtur, quod haec Ordinatio loquitur secundum subjectam materiam, nam cum ageret de interpretatione Legis Mentalis, que transversales repellit omnino, ideo inter patruum, & nepotem fictionem induxit, non limitative ad illum casum, neque exclusens quod in alijs casibus, qui occurre: e posse, idem admittendum fore, cum illud relinquatur dispositioni juris communis, tanquam casus omissus, secundum quod in omni casu, in quo defunctus si viveret, jus suum conservaret, quando in acie belli occubuit, fictione legis singitur virus per gloriam, nec haec fictio magis uni casui, quam alijs applicari potest, nam sicut de tutelis ad maioratus extenditur, sic habere debet locum inter descendentes, ac inter transversales, ut in omni casu admitti dixit Alvarad. Ausser. Tiraquel. Gabr. Cost. Valasc. Gam.

Pars II.

Hactenus Pereir. & est optimus locus, 690 quia per illum ostenditur, fictionem vivendi per gloriam consonam esse juri communis, & extendi ad transversales, & extra casus expressos, contra Valasc. d. consult. 148. num. 9. cuius fundamentum convincitur non solum per dicta allegata supra, sed quod in hoc casu, ut dictum est, invenitur Lex expressa fictionis inductiva, siquidem Lex non induxit eandem fictionem limitative in excusatione tutelæ, sed potius à fictione generali consequentiam fecit ad excusationem tutoriae, & non sic non extenditur fictio de uno ad alterum casum, sed ad particulares casus accommodatur, quod illa sit generalis, ut supra diximus, & cum defuerit hoc jus scriptum in hoc Regno, dicta fictio erat introducta in hoc casu per legem non scriptam, scilicet, per morem legitimum, & judicandi stylum, ut videre est ex sententijs à Gama relatis dec. 307. num. 14. vers. fuit, ubi ad litteram duas sententias refert, quibus resolvit ipse Valascus d. conf. 148. num. 32. 33. & 34. quod in hoc Regno sit vera haec opinio, ut confirmata per jus consuetudinarium, & ita profitetur Gonsal. Mend. à Cabbed. diversor. cap. 23. num. 23. & sic locum habere debet extensio de unis ad alteros casus, & de bonis Coronæ ad maioratus, & Commendas, & ad alias successiones; ut refert judicatum in omnibus Valasc. d. conf. 148. num. 1. usque ad 6. & probat etiam consult. 104. num. 33. Altamiran. de filijs Official. qui in bello moriuntur, in rubr. cap. 4. n. 56. & seqq. ubi loquitur in nostro Regno, quod etiam tradit Acacio de privilegio militis lib. 2. privil. 31. & etiam judicatum refert, quod non possit attendi allegatio prejudicij illius pertendentis successionem, & excludentis filium mortui: est videndum Anton. Perez in lib. 12. codic. tit. 48. de filijs Officialium militar. qui in bello moriuntur in num. 6. ubi sic loquitur: Quid ergo si status cautum sit, ut filius secundo natus patri superstes in successione avita preferatur nepoti ex filio primogenito mortuo ante patrem? Certe si filius ille primogenitus in acie pro Republica ceciderit, putarem hoc casu nepotem preferendum, quia scilicet pater eius censetur in æternum vivere, cui successio iure primogenitura debetur, ac ita judicatum fuisse scribit Balt. Ayala lib. 3. cap. 7. num. 21. nec obstar, quod privilegia militum ad alienam injuriam porrigi non debeant, & beneficia ad damnum alterius non conferantur, quoniam nulla injuria hic interfici filio secundogenito, cui nihil admittitur, sed tantum non acquiritur; non enim videatur rem amittere is, cujus

N. tij propria

*propria non fuit, nec enim hoc casu dici potest  
privilegia militum ad alienam injuriam por-  
rigi, quia nulla hic sit injuria alteri, & iure  
communi nepos in parentis sui locum etiam  
extra bellum mortui succedit.*

Nec in hoc casu sibi locum vendicari po-  
691 test allegatio *Egyd. in L. 1.2. p. §. 1. num. 1.  
& seqq. & 8. Cod. sacros. Eccles. afferentis,*  
milites in classibus cuntes assimilari eunti-  
bus in via belli, & non illis in prælij via  
positis, & sic cum appropinquentur ad nau-  
fragium, intelligi debent mori in procinxtu,  
& non in acie belli.

692 *Quia Egydius loquitur in diverso ca-  
su, in testamento militis, & quando ipsum  
facere possit sine juris solemnitatibus, & in  
terminis Ord. lib. 4. tit. 83. & non in termi-  
nis tit. 104. & non loquitur de successioni-  
bus morientium in bello, sed solum de te-  
stamentis ab ipsis factis, & de diversis non  
sit ilitatio; & si attentè perpendatur allega-  
tum in num. 8. efficitur in favorem suppli-  
cantis, quoniam disputat, si possint testari  
jure militari milites in classibus vecti, &  
distinctionem facit, asseverans, illos milites in  
classibus vectos ad spectationem, & defen-  
sionem Indicarum navium usque Insula-  
rum altitudinem jure militari testari posse,  
quia vere ad bellum tendunt, & sunt in ex-  
peditione occupati; at cæteri in Indianum mer-  
gentes, ut ibi militare occupent exercitum,  
minime, quia non sunt in bellica expeditio-  
ne, ut patet d. n. 1. in 1. & 2. responso.*

693 Atque ita cum constet ex relatione fol.  
178. & seqq. Regem classem misisse, qua ve-  
hebatur dictus Nuno de Mello, ut relatum  
extat à fol. 179. vers. tantummodo, ut Indi-  
ca navigia comitaret, ad ipsa defendenda  
*ex Angelica classe ipsamet navigia opitu-  
lantia, qua in occasione naufragium expe-  
tus est, ex eo quod mortuus fuerit in ea,*  
mortuus intelligitur in conflictu belli, eodem  
modo quo illi in bello animam Altissi-  
mo tradunt, siquidem vix maior potest re-  
periri ratio, quam illa à naufragantibus ma-  
riam impulsu concussis experta ex rationibus  
à nobis supra positis; ex quo sine dubio ma-  
net, non obstat locū *Egidij, imo potius*  
retorquetur in supplicantis favorem, siqui-  
dem ejus avus per gloriam vivendo man-  
sat, & si legislatori naufragij casus proposi-  
tus fuisset, sine dubitatione maneret, quod  
ita ut per gloriam vivere reputati fuere mi-  
litites, qui animose, & indefeso labore in  
prælio capite periclitantur, & tendunt in  
bellum, & in via pereunt; eodem modo hæc  
met fictio manifesta extaret tolerantibus  
mortem in naufragio, quod certius esset pe-

riculum. Hic casus est comprehendendus,  
ut à nobis ostensum manet; & nullum lo-  
cum habere debet dispositio Ord. lib. 2. tit.  
35 §. 2. quia procedit tantummodo in bonis  
Coronæ ex restrictione illorum, & prohibi-  
tionibus non comprehendentibus patrimo-  
niales maioratus, habentes diversam nor-  
mam, in quorum successione non attendi-  
tur ad Legem Mentalē, nec ad d. §. 2. illi-  
lius; ut declaravit Ord. lib. 4. tit. 100. §. 4  
11. 12. & 13. & solum locum præoccupare  
debet dispositio Ord. lib. 4. tit. 104. conce-  
dentis idem privilegium vivendi per glo-  
riam morientibus, in bellum euntibus in ob-  
sequium Regis; & hoc modo conciliantur  
hæ duæ Ordinationes; & obid datur exten-  
sio, & comprehensio, ut dictum extat; &  
*Cabed. in dec. 147. qui scripsit ante illam*  
declarationem tit. 35 §. 2. loquens in termi-  
nis juris communis in num. 5. asseverat, hanc  
fictionem etiam debere intelligi in morien-  
tibus in Castris; & *Valasco. in d. consult. 148.*  
etiam ad morientes in captura eam extendit,  
affirmans hanc esse in hoc Regno veram  
opinionem; & si hoc ita est, & hi dicantur  
vivere per gloriam, vix potest sustineri,  
quod per illam non vivat ille, qui tendens  
ad prælium per Regis mandatum, in nau-  
fragij conflictu ad præliandum paratus, nau-  
fragans mortem expertus animam exhala-  
vit, cum mors hæc brevior, & crudelior cæ-  
teris experiatur, & unaquæque in defensio-  
nem patriæ, & Regis obsequium est oblata,  
itaque æquale debet esse præmium, & ha-  
de causa hos duos casus, moriendi in belli-  
co conflictu, & pereundi in via belli, æquipa-  
ravit Ord. lib. 4. tit. 104. affirmans, in uno, &  
altero per gloriam vivere mortuos reputa-  
ri. Et ita nullum debet habere locum in de-  
liberatione fol. 169. asseverari, maioratum  
patrimonialium successionem regulandam  
esse per dispositionem Legis Mentalis su-  
per bonis Coronæ, quia non extat inter illa,  
& maioratus patrimoniales differentia  
ratio.

Quia talis datur differentia inter suc-  
cessionem bonorum Coronæ, & maioratum  
patrimonialium, ut Ord. lib. 4. tit. 100. §. 4  
manifeste ostendatur, quod in illa dispositio-  
nem locum habeat in patrimonialibus ma-  
ioratibus; successio namque bonorum Co-  
ronæ diversimodè se habet, & in illis est  
observandum, quod dictum est in lib. 2. tit.  
35. & hoc evidenter manifestatur; quia  
bonorum maioratum successione perpetua  
remanet, & ad hunc finem omnes maiora-  
tus fuere instituti, ut perpetuitas continua-  
retur in successoribus, fæminis, transversa-  
libus,

libus, Clericis, & qualicunque alia qualitate. Molin. de primogen. lib. 1. cap. 4. Vellad. diss. 38. num. 94. & diss. 49. n. 24. 38. & 68. Castilb. lib. 5. cap. 143. §. 1.

695 Et Lex Mentalis solummodo venit, ut bona Coronæ breviter, & multoties ad illam rediissent. Cost. de maiorat. Regiae Coronæ 1. p. à princip. Valasco. de jure emphyt. q. 50. & consult. 120. num. 12. ut videre est ex eadem Lege Mentali lib. 2. tit. 35. §. 10. ibi: Tornadas à Coroa; & §. 15. ibi: Devolutas à Coroa; & §. 16. ibi: Fossem logo devolutas à Coroa, & §. 18. ibi: Tornassem à Coroa; & in eadem lege excluduntur Monachi, Clerici, feminæ, & illarum filij, & transversales, & ita non est mirum, quod, ut bona breviter ad Coronam rediissent, restricta fuisset Ordinatio ad illum in prælio, & in ejus conflictu mortuum, aut cum vulneratus exiisset, ex vulneribus mortem fuisset expertus, & nullatenus cum moriretur iter faciens ad prælium, quia tunc dicit nepotem non excludere patruū in bonis Coronæ, sed neutram cū non sint majoratus patrimoniales, bona Coronæ, nec sint adstricti dictis regulis, cum habeant uniuersique illorum diversam successionem, & titulorum separacionem, ut ostensum manet in d. lib. 4. tit. 100. §. 4. 11. 12. & 13. huic casui haud potest applicari dicta Ordinatio, restricta successioni bonorum Coronæ, sed solummodo alia lib. 4. tit. 104. ubi morientem in itinere bellii eodem condonat privilegio, quia hoc nil aliud est, quam quod comprobatur jus, cui referatur §. 1. ejusdem Ord. lib. 2. tit. 35. ibi: Porque em tal caso, conforme a Direito, he havid o como se vivera.

696 Et in hac successione bonorum Coronæ particularis ratio datur, ut est obsequium Regis, cui licitum est disponere, quod sibi placuerit, cum bona sint Coronæ, in cuius mandato primogenitus mortuus est: at vero in maioratibus bonorum patrimonialium cessat hæc ratio, & est favenda maiori cum ratione hæc materia, ipsam ampliando, ut illi, qui pretendunt succedere in maioratibus patrimonialibus, non retrahantur à præliando, & à militia, quod efficeretur, viidentes, quod si in prælio perirent, sine filiis remanere majoratus deperdentes, & patruī intrantiam in eorum locum facientes, hoc modo servicio bellico deesse hand dubitaretur, & manifestum est, his, nulla Coronæ bona possidentibus, maiori ratione faveri debere ad præliandum pro ea, quam illis ipsamet possidentibus; his enim maioratio incumbit causa bonorum, quibus locupletantur; cæteris vero nulla restat obli-

Pars II.

gatio suo Regi obtenerandi in bello, sed tantummodo hoc operantur vassallorum amore ducti, itaque favoribus, & privilegijs digni equidem sunt isti, ut faveantur, muneribus, atque locupletentur; & hac de causa Ord. lib. 4. tit. 104. idem privilegium per gloriam vivendi concessit morienti in itinere belli, ut illi in servitium Regis reuni, & in naufragio vitam tradenti, ut patefactum manet per tot fundamenta superius relata.

Nec adversus hanc solidam resolutionem 697 obstat possunt Valasci fundamenta d. consult. 148. num. 7. & seqq. quibus ibi conatur ostendere, illum, qui per gloriam vixit, quod in bello vitam tradiderit, non esse posse nisi per fictionem, & hanc locum habere non posse in successionibus maioratum, quibus Lex non est loquuta; quia respondetur, quod omnes istas dubitandi rationes Lex rejecit, & communis opinio reprobavit, in jurisprudentia fundata transivit, esse approbata per tot sententias, quæ relatæ remanent, & eam canonisavit stylus; sed quia aliquando bonus dormitat Valascus, ostendimus ejus fundamenta non subsistere, sed convinci, ita ut per illa discurrendo melius apparebit.

In num. 7. 8. & 9. supervivere per gloriam, esse per fictionem, & extendi non posse nisi ad expressos casus in Lege, & non extare, ut ad maioratus, & cæteras successiones extendi posset; Respondetur, communem opinionem in contrarium obstat, & Ordinationem, cæterosque textus ad successiones maioratum, & ad alia bona, & etiam ad transversales extendi, ut ostensum manet cum multis DD. & eleganter Pereir. des. 59. num. 4. & ad fortiorum casum extendit Cost. de Regni successione 3. p. n. 9.

Aliam refert rationem Valasco. d. cons. 699. 148. num. 10. adversus fictionem, & est, quod ex illa sequitur absurdum, ut moriens quidam homo bellico in horrore, possit ejus pater ex illius persona succedere ejus uxori in hereditate, quasi ad eum transmissa per filium pro vivo habitum, & consequenter excludere agnatos, seu cognatos heredes uxoris, & per hunc modum succedit etiam pater in omnibus bonis cognatorum illius filij mortui in bello, quod cum sit absurdum, nemo non videt.

Sed facile respondetur, legem non inducere hanc fictionem absolutè, ut hic mortuus in bello in omnium favorem succederet, sed solummodo in favorem illius mortui in prælio, atque ita non succedit tanquam vivus per gloriam, nisi in casibus,

No iii quibus

quibus id redundat in suorum filiorum, vel  
descendentium favorem, & non in aliarum  
personarum favorem, ut expresse affirmant  
DD. & est videre per *Peralta. in rubr. de hereditib. instituend. num. 130. vers. secunda ad-*  
*vertentia ad utilitatem filij, ejusdemque ne-*  
*potis, Alvarad. de conjecturata mente defun-*  
*eti lib. 2. cap. 3. §. 3. n. 40. vers. ad suam fi-*  
*liorumque utilitatem vivere censetur.*

701 *Quod efficaci ratione comprobatur; quia Lex hac cum fictione prætendit mortuis in bello favere, ipsorum jura conservando, ut videntes iphi, & alij quoque, quod ipsa non desperderint, capite in prælio, & in itinere eundi in bellum periclitari non dubitent; at vero hæc jurium conservatio non potest considerari in persona mortuorum realiter pereuntium, & ita consideratur in personis, in quibus ipsi existunt, & conservantur in specie, qui sunt filij, & descendentes, quod unumquodque cum illis reputatur, iuxta text. in L. fin. Cod. de impiuber. ideoque tantummodo in utilitatem aliorum consanguineorum, in quibus mortui non conservantur, nec cum illis unamet persona reputantur, non est conforme voluntati defunctorum velle assecurari successionem, ut est de mente omnium citatorum; & secundum hanc resolutionem non procedit argumentum ab absurdo, de quo Valasco. quia in specie proposita, fictio nullum habet locum in favorem patris, ut ipse ex persona filij hereditatem uxoris capiat, quia tantummodo in favorem descendantium ipsiusmet filij mortui in bello locum habet, & sic cessat illud absurdum consideratum à Valasco.*

702 *Et cessat etiam id ipsum inconveniens ab eo consideratum, si pater obiisset, & etiam allegatio textus in L. qui duos §. cum in bello ff. derebus dubijs, qui asserit, quod si dareatur talis fictio, non haberet unquam locum dictus textus, cui addo L. quod de pariter cod. tit. ubi agitur de filio mortuo in prælio, & hoc non obstante, deciditur, quod si consticerit mortuum suisse priusquam pater, non potest ejus mater, nec ejusdem filij agnati patris hereditatem adipisci per personam dicti filij, & ita considerationem Valasci assumendo, argumentari potest, quod si fictio vera fuisset, ipse filius pro vi vo reputandus erat, ut patri suo succederet, & per ejus viam eidem succedebant mater, & parentes, & quia textus in hoc casu successionem matri denegat, videtur filiam mortuum in bello non extare vivum per gloriam quoad alios effectus successionum.*

703 *Sed hac non obstante consideratione argumentum non procedit, quia nec illi tex-*

tus, & alij similes ad nostrum casum concludunt; fictio enim, de qua agimus, in favorem filij illius mortui in bello est introducta, ut succederet in illo, quo successor erat, si non periret, & ad hunc effectum hereditate filium condonandi, à Lege fingitur per gloriam vivus, ut dicunt citati, & ita hæc fictio inducta in favorem descendantium mortui haud potest induci in aliorum consanguineorum à mortuo non descendantium favorem; & in illis textibus, & in cæteris agitur solummodo de matre, & de alijs agnatis transversalibus, istique non possunt adjuvari ex vita per gloriam mortui in bello, quia in ejus favorem non est fictus.

704 *Et hæc est ratio; quia in voluminibus juris non reperitur circa successiones multoties facta mentio hujus fictionis, quoniam cum introducta esset in filiorum mortui favorem, ipsi in successionibus habebant representationis beneficium, ex quo succederant per personam eorum patris ex text. in §. cum filius instit. de hereditatib. que ab intest. deferuntur; itaque ipsis necesse non erat ad fictionem recurrere. Sed cum successiones qualitatis introductæ fuissent, quæ unius solum devenire debent, & aliæ, in quibus representationis locum non habet, illico practicari incepit dicta fictio ex citatis.*

705 *Deinde respondeatur, quod in illis textibus pater, & filius mortui fuere in bello, & ita non poterat nullus ex ipsis fingi magis vivus, quam alius, & unus alio etiam non poterat succedere per fictionem, quæ ambobus occurrebat, æqua lance; itaque textus ad causam recurrent naturalem, & agunt de prioritate mortis naturalis, ut per illam definiretur successio, & hoc modo respondeatur n. 11. 12. 13. Valasci.*

706 *Sic etiam convincitur fundamentum Valasci num. 14. & 15. ubi hanc fictionem perpetuam esse, & cum talis sit filium excludit, quia cum ejus pater sit vivus, ipse succedere non potest, & si ipsum vivum fingit, ut per ejus personam successionem ingrediatur, & mortuum, ut ei illico succedat, non solum ridiculum est, sed temporalem facere fictionem, & efficere illico mortuum, & illi castrum, quod videtur absurdum. Substicunt videtur hoc argumentum, & sine solidissimo fundamento; quia Lex vivum fixit patrem solummodo ad utilitatem filij, sic etiam ipsa fictio durat, dum permanet filij utilitas, & nova non est fictio necessaria, ut pater mortuus fingatur, & filius occupet successionem; sed sufficit quod illa fictio, quæ vivus fungebatur, tantummodo permanenter*

## Successione, & Erectione Maioratus, Cap. X.

427

dum utilitati fuit filio, & cessaverit, ubi primum filij utilitas cessavit; quod est in resolutione accepta in hac materia fundatum, secundum quam fictio introducta ad unum finem cessat, eo ipso quod fuerit adeptus finis praetensus. *Iason. in L. si is qui pro empatore in repetitione num. 384. vers. quarto principaliter queritur, Tiraquel. in tract. cessante causa 1. p. n. 114.*

<sup>707</sup> Et novum non est, quod Lex ipsum vivum fingat, ut perejus personam donet successionem filio suo bonorum vinculatum, & maioratus, qui aliter recuperare non poterat, nec hæreditare; & quod etiam adejus hæreditatem deferatur, reputetur pro mortuo naturaliter, quia ad hoc non erat necessaria, nec utilis fictio, & vix dubitari potest ab istis considerationibus diversis, quas jus facete solet, & ideo eleganter comprobavit Costa in principio allegatus, legem in hoc casu patrem vivum fingere ad maioratum acquirendum, & illico in eodem actu post acquisitum, ad filium mortuum transferendum.

<sup>708</sup> Considerat etiam *Valascus* ubi supra n. 15. in hoc casu æquitatem fictionis cessare, quia prejudicium infertur patruo secundo filio, cui adimitur successio, & videtur contra æquitatem, & in tertij prejudicium legem non solere fingere, maxime non solum ad perseverandum à damno, sed etiam ad augendum lucrum, ut concludit *Valasc.* n. 16.

<sup>709</sup> Sed respondeatur, in legibus generalibus ad bonum commune introductis non attendi prejudicium particularium, & licitum est Legislatori per viam legis universalis prejudicare enilibet subditorum juri, non solum querendum, sed quæsitum. *Paris. cons. I. num. 46. num. 1.* & notant omnes per text. ibi bene à Zenone *Cod. quadrien. præscript.* & sic in fictione à lege introducta non agitur de prejudicio tertij, quod non reperitur, ut aiunt *Peres, Ayala* ubi supra, & si ipsummet prejudicium impediret, etiam fuissent injustæ, & iniquæ leges, quæ in maioratis inducunt representationem, siquidem etiam dici potest filio secundo prejudicari, cum in hoc casu non inveniatur jus in ejus persona, cui prejudicium inferatur, dum enim primogenitus Nuno de Mello precedebat, ejus soror D. Catherina de Tavora jus aliquod non habebat, & in illo instanti, quo animam exhalavit, illico Lex cepit fictionem inducere, ut vivus reputari: qua de causa primo datur fictio, quæ illum primogenitum juris censura preservavit à morte, quam detur acquisitio juris ipsi

filio secundo, & totalis præjudicij consideratio cessat, aliter etiam in dicta *Lege Bello amissi* considerari poterat præjudicium agnatorum sequentium, quibus accrescit onus tutelæ per fictionem, qua proximus agnatus excusat; si quidem si non datur fictio, ille qui se excusavit, erat primus in onere tutelæ, ceteri vero agnati immunes erant ab illo.

<sup>710</sup> Et quod *Valascus* asseverat, quod in successione agitur de lucro querendo, & in *L. bello amissi* de damno vitando, facilime respondeatur, fictionem generaliter suisse introductam, & nulli esse limitatam, & jus, quod filius haberet in successione maioratus, quem præoccupare vult, in magnam venire considerationem; itaque conservatur in eo hoc jus, ne pereat per mortem in bello, & est agere de damno vitando; tandem cum hoc convincitur, quod affirmat *Valascus*, & cætera fundamenta usque ad num. 23. ubi ponderat *Legem Corneliam ff. vulgari*; ille enim textus non loquitur de mortuo in bello, sed de mortuo in captivitate, in quo non extat locus dictæ fictioni per jus, ut resolvit ipse *Valascus* num. 29. & in his loquuntur leges totius tit. *ff. de captiuis*, & etiam *Valascus* resolvit in num. 37. hos etiam in capture mortuos frui eadem fictione per gloriam vivendi; & quamvis revera pater reputetur mortuus, & sic mortuus fuisset tempore ultimi possessoris Henrici de Mello, Lex ipsum ut vivum considerat, ut per ejus personam supplicantis pater excluderet ejus patuelam D. Catherinæ de Tavora, eodem modo quo eam exclusurus erat ejus frater Nonius à Mello in naufragio mortuus, si vivus extaret, quia moriens in naufragio, Lex ipsum ut vivum fingit, quamvis realiter mortuus reputetur, quod ipsi legi licitum est, sicut in similibus casibus ipsa efficit in omnibus fictionibus, quæ semper inductæ sunt, contra quod est veritas à parte rei, ut tradunt *Bartol. in L. si is qui pro empatore num. 21. ff. usu Capion.* & ibi *Iason. n. 168. Alciat. num. 34. Philipp. de fiction. 2. p. cap. 1. Menoch. lib. 1. præsumpt. 8 n. 4.*

Quinimo etiam fingere potest unum impossibile, ut videtur in fictione, quod pater, & filius una, & eadem persona funguntur *L. fin. Cod. de impuber.* tradunt in specie *Alciat. de præsumpt. in princip. num. 5.* & post glossam primam in *L. sub conditione ff. solution. Corras. in L. qui liberos n. 163. ff. de ritu nuptiar.*

<sup>712</sup> Et hac de causa extant quamplurimi in jure casus, quibus Lex fingit, quod si jus aliquod acquisitum fuerit cuidam homini post

post mortem, ut per illam acquiratur ejus filio, aut hæredi, ut est in terminis *Legis proponebatur ff. castrens. pecul.* tam in dispositione principali, quam in exemplo, quod affert in vers. nec novum deductum ex *L. penult. ff. de suis, & legitim.* quia in illo textu peculium Castrense patris non erat, nec in ejus hæreditate extabat tempore ejus mortis, quia pendebat jus acquisitionis deliberrante hærede, & mortuo totaliter patre, & hærede repudiante, peculium singitur patri acquisitionem tempore quo vivus erat, & per hoc medium acquiritur ejus filio, & hæredi, & in terminis dicti vers. nec novum, & d. *Legis penult.* filius familias, qui mortuus est pendente captivitate patris, mortuus est filius familias, & non sui juris, *L. quod si filius ff. captivis ibi: Filius familias mori intelligitur.*

713 Atque ita nullarum rerum, quas acquisivit medio tempore, factus est dominus, quia pendebat vis sui status ex captivitate patris *L. bona ff. captivis;* attamen si pater apud hostes periret post filium mortuum, filius ille, qui mortuus erat, censemur habuisse successores legitimos, & singitur omnia quesita, pendente patris captivitate, sibi acquisisse, & hæredibus suis transfusisse, ut omnia probat text. in d. *L. penult. & in d. vers. nec novum,* tradit optime Costa in cap. si pater, verbo testatore mortuo num. 17. Anton. Faber lib. 10. conjecturar. cap. 6. de qua remulta diximus in tract. de competent. inter Archiepiscopos, & Nuntios cap. 98. §. 5. & 6.

714 Quidam, & singitur acquisisse retropatris hæreditatem, quia cum apud hostes pater moritur, censemur mortuus momento captivitatis, quo tempore filius ipse adhuc vivebat, quod notabiliter tradit Salicet. in *L. apud hostes in finalibus verbis, Cod. de suis, & legitim.* & manifeste sentit Iason in *L. Lex Cornelia num. 9. in fin. ff. usu cap.* Sic itaque ostenditur, Legem fingere modos, quibus acquiratur successio illi realiter mortuo, & ita ut in illis casibus per medium acquisitionis fictæ hoc assumpsit tempore illius mortis naturaliter; ita in praesenti casu assumpsit per medium acquirendi mortuo, fingere illum esse vivum ad effectum acquirendi, & transfundendi in filium suum; & haec generalis fictio, quod mortuus in bello per gloriam vivere intelligatur, in mortui favorem, & suorum descendantium à Lege fuit introducta, in quibus descendantibus conservatur in specie, & ab hac fictione sic generali, & absoluta illationem fecit Lex bello amissi, & Ord. lib. 4. tit. 104.

ad suum particularem casum, ut dictum manet.

Sicut itaque Jurisconsultus illic illam fecerit illationem ex præmissa generali ad casum speciale tunc occurrentem; eadem argumentandi forma ex eadem generali præmissa argumentum ponimus ad particularem successionis casum, hoc enim non est extendere legem de uno ad alterum casum ex identitate rationis, sed applicare decisionem generaliter loquentem ad casus speciales, & fictionem generaliter inducitam practicari in hoc, vel in illo casu, atque in hac parte in omni cessare videtur non vivendi per gloriam dictus Nonius de Mello, quod dictum est in deliberatione fol. 168. & 169. Considerationes etiam à Valasco factæ 715 in illa allegatae, convictæ manent, & supplicantis justitia luce meridiana clarius remaner, qua ratione hoc fundamentum sententiam etiam supponit injustam, & absque fundamento, & Valasci considerationes reprobatae manent, cum ipse opinionem supplicantis faventem fuerit sequutus; itaque pates factum remanet, illum melius habuisse jus, quod Nonius à Mello da Silva ejus avus vivere per gloriam ad effectum hujus successionis dicatur, eodem modo, quo præcedendus erat suæ sorori D. Catherinæ de Tavora, si vivus extaret, per ejus mortem ipsi pater supplicantis præcedebat, & ipsum supplicato præcedere haud dubitatur; atque ita de injustitia sententiae constando, est equidem revisione digna.

No feito de Ioaõ das Neves com Brites Rodriguez, Escrivão Manoel de Goes Pinheiro, se deu a sentença seguinte.

716 Acordam em Relação, Ec. Vistos estes autos, libello da A. contrariedade dos RR. instituição junta, prova dada pela A. pela qual se mostra, que Maria Luis moradora que foy em S. Ioaõ da Foz, & mulher que ficou de Antonio Rodriguez Villas Boas, institui huma Capella de fazenda que tinha no lugar de Bera, termo da Cidade de Coimbra, com clausulas, & condições escritas na instituição, que anda a fol. 8. com as seguintes, para administração da qual chamou o parente mais chegado de seu marido: Mostrase que por morte da instituidora, entrou na administração desta Capella Aleixo Rodriguez primo direito do marido da dita instituidora, & por morte deste sucede hum seu filho, o Padre Manoel Teixeira, por morte do qual por lhe nam ficarem irmãos, & pela A. ser sua tia irmã de seu pai, como parente mais chegada, pede aos Reis lhe larguem a administração da dita Capella com os ren-

711 dimentos da morte do dito Padre, por se meterem de posse, & assim o que deverem dos arrendamentos porque trazia os bens da Capella da mão do dito Padre, o R. allega, que he primo do dito Padre, & filho de húa irmã mais velha da A. & que por varão, & representar o R. a pessoa de sua māy, lhe deve preferir na successão; o que tudo visto, & o mais dos autos, disposição de Direito neste caso, como se prova, nem o R. nega ser a A. tia do ultimo administrador, com que fica sendo mais chegada do que o R. no parentesco, nem no caso presente se pode considerar agnacão, nem qualidade de varão, por nam serem excluidas as femeas da instituição, nem dà approvação aos machos como era necessário, pelo que condenaõ ao R. a que largue os bens vinculados na instituição de que está de posse, com os frutos da morte do Padre Manoel Teixeira ultimo administrador, os quais se liquidarão na execução desta sentença, & paguem os R.R. as custas dos autos. Porto 17. de Fevereiro de 1673. Doutor Correa, Taborda, Carvalho.

717 A qua sententia fuit gravamen interpolatum ad Supplicationis Senatum, ubi fuit confirmata, Iudices, Vellez, Doctor Tavares. Et fundata in deliberationibus sequentibus.

718 Verba institutionis fol. 4. ita se habent: Queria que sucedesse na administração da Capella huma pessoa da geração, & linha de seu marido, & sogro, o que for parente mais chegado.

Primus successor hujus Capellæ extitit Alexius Rodriguez patruelis mariti hujus institutricis, cuius obitu intravit in ipsam Capellam ejus filius Emmanuel Teixeira: ex quibus nulla alia persona nata est. Modo ultimo istius Capellæ possessore vita functo, Actrix intentat esse præferendam Capellæ, tanquam soror primi administratoris, & patruelis mariti ejusdem institutricis. Reus vero Joannes, potiorem habere prærogativam, ut admittatur, conatur virtute representationis, tanquam filius Marias Neves, sororis ejusdem Actricis, quæ maior erat ætate.

Actricem validiori jure nisi resolvo ex sequentibus; primo in institutionibus verba sunt attendenda, L. in conditionibus ff. cond. & dem. L. interest C. de solutib. L. ad probationem C. de probationibus ibi: Quantum, probat Gam. decis. 207. num. 3. vers. hujus.

719 Secundo, ordo succedendi in Capellis primus datus institutis debet in posteris observari. Bartol. in L. fin. num. 2. ff. ad Trebel.

Gam. proxime num. 4. in fin. plane extincta prima generatione, ut ita dicam, quæ Capellam hanc intravit; secunda generatio successura, qualis est præsens, eundem ordinem habere debet: ergo in persona consanguinea proximiori mariti institutricis, qualis Actrix reperitur, verificanda est.

Tercio, quia representatione locum non 720 habet, quando fundator Capellæ vocat proximum. Castr. in prax. 1.p.lib. 3. cap. II. num. 14. cum seqq. ubi plures refert DD. Maxime, in institutione facta à Muliercula ut in præsenti, quæ juris fictiones, ut est representatione, & ejus subtilitate ignorat, & nullatenus considerare valet, argument. text. in L. plenum §. equitate ff. de us. & hab. Gam. proxime n. 3. vers. secundo vero.

Quarto ex Ord. lib. 4. tit. 100. in fin. princip. vers. & se os transversaes: quæ disponit in bonis vinculatis, transversales non descendentes ab institutoribus non sucedere per representationem, nisi sint fratres, aut eorum filij. Barbos. ibi num. 5. Plane hic casus non reperitur in præsenti: quoniam prima linea, quæ succedit, omnino extincta est, & de novo alia sumenda est; plura ad propositum erat animus congerere. Verum processus, & temporis angustiae amplius divagari non patientur. Confirmata sententia Vlyssipone 15. Augusti 1673. Doutor Tavares.

Actrix, & mater Rei sororis vinculo jungabantur; haec senior: illa junior; institutio nec à collateralí, nec à consanguinea facta est, sed ab extranea muliere, ultimus possessor, & Reus filij fratum; uterque Actricis consobrini si gradus attendatur, viaicit Actrix; si representationem sequamur, sive melioris linea prærogativam, Reo successio deferenda est: nam ut illius mater, si viveret, quia senior Actricem illius sororem exclusura erat, ita Reus ejus filius eam recte exclusurus esset.

In præsenti nullam legem habemus, quia nullus litigantium est descendens, nec consanguineus institutricis, atque ea de causa non convenit Ord. lib. 4. tit. 100. in fin. principij, quæ similibus in controversijs afferri solet; recurri ergo ad juris regulas necessarie est.

Et ego probabilius duco non esse locum transmissioni, neque representationi, ne vogationi, neque ut alij dicunt, prærogative melioris linea, quia Capellania haec à famina est instituta, & extranei exinde votati, quibus conjecturis satis liquet, testaticem, sive institutricem non curasse de conservatione familiæ, neque illius nominis,

vel splendoris, & ideo promiscue loquuta est sine majori dilectione in utrumque sexum; imo solum de proximiori gradu curavit *Gam. dec. 49. sub n. 4. vers. quarto.*

723 Denique *Auth. post fratres a 2. Cod. de suis, & legit. hæred.* quæ representationem admittit, in transversalibus inter fratres, fratumque filios supponit ingressum maioratus in aliquo ascendentे, licet transversali erga institutorem, qui ingressus hic non reperitur; quare de proximitate duntaxat custandum est, ex his quæ notat *Flores a Gam.* ubi proxime; conducunt multiplicia argumenta apud *Phæb. 2. p. dec. 103. ex num. 3.* Confirmetur igitur judicatum. Augusti 18. 1673. Vellez.

724 Quomodo autem computentur gradus consanguinitatis, ad hoc ut habeat locum representatione intra fratres fratumque filios, magna est inter Doctores controversia, nam alij dicunt computandos esse respectu ultimi possessoris, ex *L. cum hæredi 41. §. cum filie ff. vulgari Belon. de jur. accrescend. q. 69. Fusar. q. 274.* judicatum refert *Pinkheir. 2. p. dispn. 5. sect. 4. §. 3. num. 98. vers. contrarium, & vers. sic*, hanc opinionem, & cum alijs multis additio ad *Reynos. obs. 26. num. 15.* qui nostri Doctores fundantur in *Ordinatione lib. 4. tit. 100. §. 2.* & ita judicatum in causa Henrique Henriques.

725 Contrariam sententiam defendit *Reynos. obs. 26. num. 9. & seqq. Phæb. 1. p. dec. 44. & num. 9. & dec. 104. num. 17. & 18. Robles de represent. lib. 3. cap. 9. num. 38. Covas cap. 38. num. 5. cum multis Luca de linea legali d. artic. 27. num. 22. vers. sic. haud, Gregor. Lopes in *L. 3. tit. 13. partit. 6. gloss. 7. circa fin. Menoch. conf. 124. num. 84. & conf. 57. n. 3. & lib. 4. præsumpt. 94. num. 14. Mantic. de conjectur. lib. 8. tit. 9. num. 3. & 4. Cevalh. q. 762. num. 122. Hondon. conf. 63. num. 13. lib. 2. Fusar. q. 485. num. 32. & 108. & hæc opinio mihi verior videtur; quia in maioratis successredit ipsi testatori, & non possessori, licet mediante illius persona succedat consanguineus, non succeditur nisi immediate institutori, non obstante dispositione *Ordinationis in d. §. 2.* quia non loquitur in representatione, ut supra innuitus. Atque ita videtur dicendum secundum unam, vel alteram opinionem non habere locum representationem ultra fratres fratumque filios, neque inter ulterioris gradus consanguineos, & intra fratres, fratumque filios, & non extra illius gradus numeratos, vel ab institutore, vel ab ultimo possessore, secundum opinionem melioris sentientis.**

*Sed h[oc] non obstantibus, quoad principi-*

*palem questionem mihi contraria opinio verior videtur, & constanter affirmo beneficium lineæ, representationis que in maioratum successionibus dari in infinitum seclusa consideratione transversalium, & tam in maioratu instituto à descendantibus, qui à transversalibus ultimo possessore absque liberis decedente, quod probatur ex sequentibus.*

Et in primis considerandum est, quod in interpretatione *Pereir. d. dec. 116. num. 4. & 5.* & aliorum de quibus supra, quatenus innunt *Ord. Regiam* excludere representationem ex juris communis relatione, secundum quod non datur representatione ultra fratres, fratumque filios, cessat, quia textus in *d. auth. post fratres, & in auth. cessante Cod. de leg. hæred.* non probant quod ipsi DD. defendant; nam *Ord.* loquitur in bonorum maioratum successione, que unde deferantur ex hominis dispositione, ut in terminis considerat *Roxas de incompat. maior. p. 8. cap. 5. num. 47.* & in illis jubet jus commune observare, quando inter transversales est contentio, atque ita d. casui non potest applicari jus commune, quod in successionibus hereditatum ab intestato loquitur, quæ deferuntur ex dispositione Legis; sed non obstante d. auth. dispositione mihi videtur dandam esse representationem in infinitum inter transversales in quoconque gradu ultra filios fratrum, & in linea transversali in infinitum, ut inquit in terminis d. auth. *Roxas d. cap. 5. n. 41. vers. licet.*

Quod evidenter probatur; nam alias etiam in primo, & secundo casu *Ord.* loquitur in descendantibus institutorum concessa erat representatione in infinitum, in successionibus ab intestato, per textum in *L.* ut intestato 16. ff. de suis, & legit. hæred. §. cum filius inst. de hæred. quæ ab intest. deferunt, *Sousa in L. fæmina p. 1. num. 121. Castib. lib. 3. contr. cap. 19. n. 56. Arpetr. in Princip. inst. de hæred. quæ ab intest. defer. num. 68. & seqq.* Et tamen nemo inquit, quod per hoc jus concessa erat representatione in maioratus successione, non solum in infinitum, sed neque etiam usque ad secundum gradum; at tantummodo quod in his terminis dabatur illa notabilis questione, patrui, & nepotis de qua agunt, quos refert *Feloga in chirid. jur. cap. 20.* ergo non potest dici, quod jus commune, ex quo data fuit representatione in successionibus ab intestato, est illud, quod *Ordinatio nostra* observari jubet; non enim est jus istud, quod dispossuit in successionibus individuis, quæ deferuntur ex dispositione hominis.

Igitur

Igitur aliud jus commune est illud, de quo loquitur Ord. d. tit. 100. & necessarium est, quod sit illud, quod specialiter in successionibus maioratum disponit, de quo Lex nostra agit, juxta quod ex natura rei, & ex presumpta testantium voluntate datur representatione in infinitum, non solum in successione descendientium, ut dictum est, & satentur omnes, sed etiam transversalium; & ita intellecta fuit haec Ord. à Sousa de Maced. dec. 16. num. 23. & seqq. ibi: Et quamvis representatione in successionibus hereditariis transversalium non detur nisi inter fratres, fratribusque filios, ut dixi dec. 1. num. 6. quia Lex, quae neminem prædiligit, & pro evitanda confusione, proximiorem vocat, soli huic gradui voluit dare representationis privilegium, ut illud vocat text. in autb. de hered. tamen haec in maioratibus representatione, quæ magis provenit ab homine, quam à Lege, datur in perpetuum, ex mente institutoris, & ex natura actus, cuius præcipua cura est de primogenitura perpetua, ut eleganter ratiocinatus est Flores lib. 1. cap. 19. §. 3. num. 32. Sousa in L. faminæ num. 284. ubi appellat vocationem institutoris; & hanc partem sequuntur L. 40. Taur. quam Cov. var. cap. 38. n. 11. vers. tertio, extendit ad maioratus instituto à transversali. Et loquendo idem Sousa num. 27. de nostra Ord. d. tit. 100. inquit, quod in illis prioribus duobus casibus maioratus instituti per ascendentem concessit Ord. representationem in infinitum, & quod ita illam concessit in maioratu instituto à transversali, quia cum se remitteret ad jus commune, voluit concedere d. representationem in infinitum, quia ita disposuit jus commune in successionibus individuis maioratum, ut videre est ex verbis ibi: Similiter, & institutis à transversali representationem admittit nostra Ordinatio, dum se remittit ad juris communis dispositionem, quæ talis est.

Confirmatur etiam; quia certum est, quod in Regno Castellæ secundum L. 40. Tauri dispositionem datur representatione in infinitum, non solum in maioratibus institutis per ascendentes, sed & etiam per transversales, ut infra dicemus; circa quam legem inquit Castilh. lib. 3. contr. cap. 19. num. 88. illam non deviri à jure communis in hac parte, sed secundum illud disponere, quia per jus commune in maioratum successionibus datur representatione in infinitum, quamvis maioratus instituti sint à transversalibus, & ibi refert multos, præstat rationem esse, quia secundum juris communis dispositionem successio maioratum

derivatur per lineas cum perpetuitate, & individuitate, & propter hanc rationem convenit suæ naturæ habere representationem in infinitum, etiam in terminis juris cōmuni, ut patet ex verbis ipsiusmet Castilh. ibi: Secundo vero inductionis scilicet representationis usque in infinitum inter transversales, & eorundem maioratum naturæ præcedentie, etiam illi, atque continuationi linearum ita convenit, ut primogenitura illa, & linearum præcedentia, atque continuacione inducta aliter statu non posset; nam & jure communi attento, quoties maioratum successio per lineas derivatur, representatione ultra tertium gradum usque in infinitum admittitur.

Ideoque Lex Taur. 40. nihil adversus 731. iura communia dispositus, etiam si representationem ad casus, in quibus jure communi non admittebatur, ostenderit; quia cū representatione non ad gradum, sed ad solam lineę primogenitorum qualitatem consenserit, nihil juri communi contrarium censuit, cum etiam eo jure solo inspecto ad ipsum necessario dicendum esset, ut in specie sic tenet Gut. pract. q. 66. num. 16. cum seqq. lib. 3. saltem num. 26. ut per haec verba concludunt Add. ad Molin. de primog. lib. 3. cap. 6. num. 23.

Ex quibus indubitate manet, jus commune, ad quod Ord. d. tit. 100. se refert, non esse illud, in quo in successionibus restringitur representatione usque ad secundum gradum, sed illud quod in maioratum successionibus ex natura rei representationem in infinitum cōcessit, sicuti in L. 40. Tauri DD. scribunt asserendo nihil in hoc casu disporere contra jus commune, quatenus admittit representationem inter transversales in infinitum, tam in maioratu instituto ab ascendentibus, quam à transversalibus, ut testantur Molin. de primog. lib. 3. cap. 7. ex n. 10. Cov. pract. cap. 38. num. 10. vers. tertius, Marienç. in L. 5. gloss. 4. tit. 7. & L. 5. gloss. 1. num. 17. ubi Azeved. num. 3. Gut. ubi supra num. 23. Pickard. in tit. de hered. quæ ab intest. defer. §. 2. de represent. num. 23. & 24. Castilh. d. cap. 19. n. 86. & seqq Rox. d. p. 8. cap. 5. n. 41. & 42.

Et ad hanc resolutionem firmandam mihi sufficiebat dispositio d. Legis 40. Taur. non solum quia ab illa deducita fuit nostra Lex, & Ord. quæ eisdem verbis disponit, & eosdem intellectus debet accipere, ut tenent DD. quos allegavimus tom. 1. in Comment. ad Ord. gloss. 1. num. 12. sed etiam ex dictis à Cabed. p. 1. dec. 2. 11. ubi subsidiarie admittit d. Leges in nostrarum defectum, & sequi-

tar loquendo in alia Lege Tauri *Sousa dec.* 24. num. 4. & ita debet dari repræsentatio in infinitum etiam inter transversales ulterioris gradus, tam in maioratu instituto ab ascendentibus, quam à transversalibus, ut multis citatis tenet *Valasc.* in alleg. impressa super *Domus de Aveiro*, pro *Duce de Torres-nove n. 173.* ut patet ex verbis ibi : Secundariamente se responde, que ainda que se ouvesse de regular por instituida fundada por transversal, ainda he mais verdadeira resoluçam, que nos morgados instituidos por transversaes tem lugar a representação, ainda quando os contendores nam sao descendentes do ultimo possuidor; assim o defendem *Cov. Molin. Matienç. Azeved. Gut. alter Molin.* os quaeas DD. nam sequem sômente esta resoluçao suposta a decisao da L. 40. do *Touro*, senam por ser mais verdadeira de Direito, segundo a natureza dos morgados, como considera *Costa in questione patrui* 2. p. num. 29. & 30. vers. prior, & o funda *Gut. largamen-te d. q. 67. num. 16. Cov. d. cap. 38. num. 10. vers. nec quicquam, in terminis Menoch. lib. 4. præf. 95. num. 31. Mantic. de conjectur. lib. 8. tit. 9. num. 4. Peregrin. art. 21. n. 22. & defendit *Fusar. q. 485. n. 23.**

734 Hactenus *Valasc.* ex cuius resolutione patet hanc nostram sententiam esse secundum jus commune firmam, ut fatentur Sequaces contrariæ, ut videre est per *Cost. d. 2. p. num. 12. Valasc. de iur. emph. q. 50. num. 28.* & secundum illam judicandum monet *Cæphal. cons. 16. n. 30. Cassin. cons. 50. n. 1.*

735 Et non potest ratione dubitari hanc opinionem esse sequendam in hoc Regno, quia est *Acurtij in L. cum ita §. in fideicomisso ff. leg. 2. verbo primo, agendo de fideicomisso familie, quo l. cum effectu est no[n]ter maioratus ex Valasc. supra num. 29.* & cum sit *Acurtij resolutio communiter recepta, ut per Cov. d. cap. 38. num. 4. Peregrin. art. 21. num. 11. Castilb. d. cap. 19. num. 214.* in hoc Regno sicuti Lex est sequenda *Ord. lib. 3. tit. 64. §. 1.* ut fatentur *Cost.* & *Valasc.* ubi supra, & concludit *Robles de repræf. lib. 2. cap. 30. n. 11.*

736 Atque ita per lineas, & repræsentationem successio devolvenda est etiam inter transversales ulterioris gradus, ad cuius effectum post mortem ultimi possessoris absque liberis querenda est linea transversalis, in qua successio introducatur, & subrogetur loco illius, quæ per accidens extincta fuit, aut incapax manet, ut advertunt *Greg. Lop. in L. 2. tit. 15. part. 2. gloss. 8. verb. el mas propinquus, Molin. de primog. lib. 1. cap. 3. num. 13. & 14. Gut. cons. 13. n. 11.*

Et ad lineæ recognitionem, in qua introducenda est successio, & subrogatio illius deficit, querendus est ascendens communis proximior, & immediatus, à quo descendant contendentes ad maioratus successorem, & si multæ lineæ fuerint, queri debet illa linea, quæ sequitur primogenito secundum qualitatem requisitam ad successionem obtinendam, ut resolvunt DD. per text. in *L. pronunciatio 195. ff. de verbor. sign. ibi: Que ab ejusdem ultimi genitoris sanguine perficiuntur, notat Alciat. relatus à Molin. de primog. lib. 1. cap. 4. num. 40. Gono. L. 40. Taur. num. 2. Castilb. lib. 5. contr. cap. 93. n. 14. Bald. vol. 5. cons. 200. num. 2. Burse. cons. 62. num. 12. ex ratione *Surd. cons. 41. num. 18.* uterque *Sousa*, unus dec. 16. altera *L. femin. p. 1. num. 29. & n. 293. Giurb. de feud. §. 2. gloss. 10. n. 46.**

Et si judicata fuit alicui successio, ab illo incipit linea, & in illo, & suis descendenti bus continuatur successio per lineas. *Vla. dissert. 49. num. 44. Rox. de incomp. maiora. p. 1. cap. 6. §. 12. num. 149. ex ratione de qui Pereir. dec. 59. num. 5. in fin. Larrea dec. 8. num. 48. Gut. canon. lib. 2. cap. 14. num. 48. Castilb. lib. 5. cap. 92. num. 56. & cap. 93. n. 9. & etiam per repræsentationem secundum supra dicta.*

Quæ dicta sunt limitanda veniunt quando testator aliud disposuerit, quia tunc ejus dispositio observanda erit ex *Ord. lib. 4. tit. 100. §. 3.* tam in admittenda repræsentatione, quam in ea excludenda; quæ admittitur, aut excluditur non solum quando institutor expresse disposuit, sed quando ex conjecturis colligitur, quia tunc habet, vel non locum repræsentatio etiam inter transversales ulterioris gradus, ut eleganter contendunt post *Bald. Menoch. cons. 200. num. 72. & cons. 215. num. 140. & lib. 4. præf. 95. num. 32. Molin. de primog. lib. 3. cap. 8. num. 5. & ibi Add. Castilb. lib. 3. contr. cap. 19. n. 219. in fin. & num. 282. Fusar. q. 485. num. 109. exornat *Giurb. de feud. §. 2. gloss. 7. n. 56. & seqq.* ubi exornat, & n. 79.*

Quæ conjecturæ debent esse claræ, & non incertæ, & tales, ut nihil aliud ex eis deduci possit, nisi expressa voluntas testatoris voluntis admitti repræsentationem. *Cov. d. cap. 38. num. 10. Molin. de primog. lib. 3. cap. 8. n. 1. Gut. præf. lib. 3. q. 67. num. 37. Decian. cons. 1. num. 394. lib. 1. Castilb. ubi supra n. 284. & 291. Fusar. d. num. 109. in fin. Giurb. de feud. §. 2. gloss. 7. num. 59. Reynos. obser. 25. num. 12. Robles de repræf. lib. 1. cap. 13. n. 16. Add. ad Reynos. sup. *Valasc. de just. acclam. 2. p. pnnct. 1. §. 4. n. 78.**

Quia

## Successione, & Erectione Maioratus Cap. X.

433

Quia in dubio contra representationem 741 judicandum est, & non esse locum representationi. *Bursat. conf. 170. in fin. Menoch. conf. 200. num. 41. & lib. 4. præf. 95. num. 3. Integr. cent. 3. §. 87. in fin. Cæsar Baro. dec. Bononiens. 93. in fin. liceat contrarium tenet Decian. lib. 3. conf. 50. num. 38. & seqq. quorum opiniones conciliat Fusar. ubi suprnum. 131. de qua re *Giurb. de fœnd. §. 2. num. 59. Reynos. observ. 25. num. 11. & ibi Add. pag. 155. pro representatione resolvit.**

Nisi representatione fuerit in aliquibus casibus admissa ab institutore, quia tunc generaliter censemur admissa in casu dubio, & in omnibus ubi exclusio illius expressa non invenitur. *Robles de repreſ. lib. 1. cap. 13. n. 24. Castilh. lib. 3. contr. cap. 19. num. 288. in fin. vers. illud tamen, & num. 289. & Molin. de primog. lib. 3. cap. 8. num. 1. & 5. in fin. vers. alias; alter Molin. de just. tom. 3. disp. 629. num. 1. Surd. conf. 455. num. 9. Decian. conf. 7. num. 79. & 88. lib. 1. & sic in isto casu, & in alijs de quibus supra, habet locum representatione, & in alijs statim citandis, in quibus etiam excluditur; ad cujus resolutionem veniunt sequentes quæstiones disputande.*

Prima sit: quando institutor disponit, ut semper succedat filius primogenitus, vel filius maior, an habeat locum representatione? Dissentient DD. Partem affirmativam tenent multi, quos refert Molin. de primog. lib. 3. cap. 8. num. 3. & q. 18. & 19. & ibi Add. *Tiraq. de primog. q. 40. num. 160. Cost. 2. p. n. 5. Castilh. d. cap. 19. num. 320. & num. 324. & cap. 143. num. 40. tom. 6. Gratian. cap. 456. n. 2. Molin. disp. 629. num. 5. Flores ad Gam. dec. 307. Pereir. dec. 116. num. 3. Reynos. obser. 24. num. 15. & seqq. ubi ita ex nostra Ord. defendit, ubi multos refert Add. pag. 149. & obser. 25. n. 10. & 11. & ibi Add. pag. 155. Phæb. des. 22. num. 13. & pro hac opinione judicatum fuit multoties, quam Ego sequor, & sequuti sunt supra citati, & Pinheir. de cens. & emph. p. 2. disp. 5. n. 102. & 103. Valasc. in alleg. pro Duce de Torres Nove n. 104. & de just. *Acclam. 2. p. punct. 1. §. 4. num. 100. & seqq. defendit Carvalho statim citandus, Luca cum multis de linea leg. art. 8. per tot. ubi multa refert ad representationis favorem; & Galeot. tom. 1. contr. 48. tenet in specie Molin. de just. tom. 3. disp. 629. num. 5. Gut. pract. q. 67. lib. 3. Gratian. forens. cap. 456. num. 84. Raudens. lib. 1. de ann. cap. 15. num. 266. Carena resol. 5. Guana. ver. conf. 5. n. 17. & 172.**

Licet contrariam opinionem, & negativam  
Pars H.

tradant Cov. d. cap. 38. num. 11. Molin. d. cap. 8. num. 19. alter Molin. disp. 629. num. 5. Castilh. d. cap. 19. num. 324. Cardos. post tract. de jur. accus. respons. 2. num. 56. Carvalh. in privat. schol. ad d. Clem. si plures de jur. patr. §. sit. Quia ad eorum fundamenta respondent citati, & Valasc. maxime ubi supra, & nostram opinionem defendit. Idem Carvalh. respondens, ut diximus, ad fundamenta contrariae opinionis. De qua re Prato forens. discept. 38. Pascal. de vir. patr. potest. p. 4. cap. 9. num. 6. vers. & predicta Capyc. dec. 21. num. 8. Cost. de maior. p. 1. num. 9. Valenz. conf. 23. num. 94. & seqq. Robles de repreſ. lib. 3. cap. 14. per tot.

Secunda quæstio est: quando institutor 743 dixit; succedat filius maior superstes tempore mortis postessoris, & adhuc in his terminis non censi excludam representationem, acerrime defendunt Gut. lib. 3. pract. q. 67. num. 35. Molin. d. cap. 8. num. 19. & alter Molin. ubi supra, Flores ad Gam. dec. 308. Castilh. d. cap. 19. num. 341. Carvalh. ubi supra vers. secunda, Valasc. ubi supra, & pro hac opinione judicatum fuit in casibus, de quibus supra, & eam tenet Roxas de incompatibilitate maiorat p. 8. cap. 5. num. 24. Luca de linea legali art. 8. num. 10. versic. ampliatur, Leon dec. Valentiæ 520. Robles de representatione cap. 9. num. 1. Addentes ad Molin. de primogen. lib. 3. cap. 8. num. 20. ubi limitant, quanto relatio facta est ad supervenientes nominibus proprijs, & proprio nomine nominati fuerint patrui, qui supervixerint tempore mortis, ut patet ex versiculo verum, & comprobant Fusar. q. 485. num. 63. & 70. de qua limitatione dubitat Roxas ubi supra num. 25. eleganter Capyc. Galeota consult. 48. per tot.

Acramen contrariam sententiam non defant Doctores, qui eam amplectuntur, volentes in iisdem maioratibus patrum maiorem superstitem delatae successionis tempore excludere nepotem, si vocatus esset maior superstes, id est, o filio maior, & maior velho que ficar vivo ao tempo da morte do ultimo possuidor, ut ex Costa Valasc. de jure emph. q. 50. num. 14. 16. & 40. Menoch. Castilh. Cunh. Cardos. de jure accrescendi respons. 2. num. 56. resolvit Preceptor Carvalh. in privatis scholis in d. Clementin. si plures de jure patronat. §. sed merito, & ultra quos refert Valenz. conf. 25. num. 101. Fusar. q. 485. num. 60. versic. decima, eleganter Capyc. Galeot. contr. 48. Pinheir. de emph. p. 2. disp. 5. sect. 4. §. 5. num. 103. Luca ubi supra num. 13. & art. 27. num. 19. Feioag. encirclion. jur. cap. 20. num. 16. & te-

nent alij multi, quos allegavimus in *Suppli-  
catione revisionis*, de qua supra, ex *Cov.* &  
alijs, *Petra de fideicommiss.* q. 11. num. 20.  
ubi allegat *Gloss.* verbo ad *superstites* in *L.*  
*qui plures* 23. ff. *vulgar.* *Menoch.* *conf.* 200.  
& 417. *Marta conf.* 13. *latissimè Pereir.*  
*dec.* 116. n. 3. *vers.* in *secundo casu*, *Robles de  
repræf. lib.* 3. *cap.* 9. *Cald.* *recept.* q. 19. n. 16.  
*vers.* 5. & *conf.* 15. *num.* 20. *Gam.* *dec.* 307.  
*Cancer.* *var.* 3. *tom.* *cap.* 21. *num.* 312. *Fusar.*  
q. 387. *num.* 51. *vers.* *limit.* 4. & 485. n. 60.  
& *conf.* 39. *num.* 27. & seqq. *Præceptor Cu-  
nha* in *L.* *unum ex familia ff.* *leg.* 2. *num.* 73.  
hanc resolutionem defendit.

747 Si pro prima opinione judicatum fuit  
in dicta causa revisionis in favorem Gonçal-  
lo da Costa de Maneses contra Antonio  
Correa Barem, & in alia Domini de Bayão,  
& in alia Domni Henrique Henri-  
ques de quibas supra, & hanc opinio-  
nem defendit in Regno Castellæ *Roxas d.*  
*cap.* 5. *num.* 23. & in nostro Regno *Valasc.*  
ubi supra, & hæc opinio mihi veior vide-  
tur attenta dispositione *Ordinationis lib.* 4.  
*sit.* 100. ubi loquitur per verba filio mais  
velho, & admittit repræsentationem in infi-  
nitum loquendo cum relatione ad mortis  
tempus: de qua re *Valasc.* in d. allegat. n.  
90. & seqq. ubi multa refert, & pro sua  
opinione judicatum fuit.

748 Tertia quæstio, in qua maior controver-  
sia versatur, est, si quis habens fratres, re-  
linquat eos usufructuarios, post mortem ip-  
sorum instituit maioratum ordinando, quod  
succederet nepos qui esset maior ex parte  
institutoris, & evenit, quod ultimo moriens  
fuit frater minor, qui relinquit filium seu  
nepotem ætate maiorem, quam alter filius  
primogeniti, an succedat nepos maior,  
filius secundogeniti, vel minor natus ex pri-  
mogenito? Hanc quæstionem disputat, &  
resolvit *Gama dec.* 385. *Roxas d.* p. 8. *cap.*  
5. n. 59. & seqq. *Luca de linea legal.* art. 8. n.  
14. & seqq. & ultra *Amat.* *var.* 1. & n. 12.

749 Quarta quæstio est, quando institutor  
vocavit proximiorem vulgo: *Disse, que este  
morgado andaria no seu parente mais chega-  
do.* In qua controversia, duæ sunt contrariæ  
sententiae. Prima est, ut repræsentatio  
sit deneganda; quam sequuntur *Valasc.* uter-  
que, unus de jure *emphyt.* q. 50. *num.* 36. Al-  
ter de just. *Acclam.* p. 2. *punct.* 1. §. 4. *num.* 78.  
*Giurb.* *de fendl.* §. 2. *gloss.* 7. *Fusar.* q. 485. n.  
33. & 34. *Gut.* *pract.* q. 68. *Robles lib.* 3. *cap.*  
11. *num.* 5. & in *addit.* *num.* 39. usque ad 75.  
*Valenz.* *conf.* 23. *num.* 92. & 167. & seqq.  
*Cancer.* *lib.* 3. *var.* *cap.* 21. *num.* 330. & seqq.  
ubi judicatum, *Gratian.* *forens.* *cap.* 419. n.

20. *Capyc.* *Latro conf.* 61. *num.* 14. & 32. *A.*  
*mat.* *var.* *refol.* 1. *num.* 40. & est textus optimus in *L.* si libertus 23. §. si liberius ff. de bon. libert. *Cald.* *de nom.* q. 27. n. 24. *Gam.* & ibi *Flores dec.* 73. à n. 7. *dec.* 308. & 388. & est textus optimus in §. si plures inst. de leg. agnat. success. *Mēd.* *in prax.* p. 1. l. 3. c. 11. n. 13. & 14.

Sed contraria sententia pro repræsentatione veior est, & communior, & eam post multos sequitur *Præceptor Carvalho* in d. *Clem.* si plures vers. sed contraria, *Valasc.* d. §. 4. *num.* 79. & 80. & in perfidia pag. 173. & in alleg. impress. pro *Duce de Torres No-*  
*ve* *num.* 109. & seqq. & ultra quos referunt post *Salzed.* *Roxas de incomp.* p. 4. *cap.* 1. n.  
104. cum multis *Feloaga d.* *cap.* 20. *num.* 15.  
*Reynos.* *Sousa* in *L.* *feminæ* p. 1. *num.* 213.  
*Grivel* *decis.* 40. & ibi *Add.* *Luca de linea legal.* art. 27. *num.* 27. & hæc est ve-  
ra opinio, pro qua quotidie judicatur, & eam tenent *Molin.* *de primog.* *lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 11.  
& 15. & 19. *Mier.* *de maiorat.* 2. p. q. 9. *num.*  
23. *Gratian.* *forens.* *cap.* 419. *Robles de re-  
præf.* *lib.* 3. *cap.* 11. *num.* 34. *Fusar.* q. 485. n.  
37. & seqq. *Gam.* *dec.* 57. & 206. *Pereir.* *dec.*  
59. *num.* 7. *vers.* vel dici, *Phœb.* p. 1. *dec.* 22. n.  
19. *Cald.* *conf.* 25. n. 36.

Neque obstant fundamenta contraria  
opinionis, quia ad ea respondet *Valasc.* d.  
§. 4. *num.* 79. & seqq. & ad *Ord.* *lib.* 4. *iii.*  
100. §. 2. quæ non tollit repræsentationem,  
ut ipsi testantur, & Nos diximus supra, &  
ostendimus in allegatione impressa pro *D.*  
*Augustino de Alemcaltre super Domo de  
Aveiro* *num.* 527. & seqq. De qua re vide  
*Altograd* *tom.* 1. *conf.* 65. ubi etiam quando  
fit mentio de stipite, & dantur conjecturæ,  
& ad multa *Vrscol.* *forens.* *cap.* 12. *Molin.* &  
*Gusman* *verit.* 6. *Mier.* 2. p. q. 7. *num.* 2. ubi ex  
*Gam.* *dec.* 7. *num.* 6. inquit, & ampliat, hoc  
procedere etiam si dicat dispositio: succedat  
consanguineus meus proximior, & de mea  
linea. *Peregrin.* *de fideicommiss.* art. 21. *num.*  
12. *Cov.* *pract.* *cap.* 38. *num.* 11. *Gratian.* *for-  
rens.* *cap.* 419. *Fusar.* q. 485. *num.* 40. *Robles*  
*de repræf.* *lib.* 3. *cap.* 11. *num.* 33. & 34. *Ca-  
stilh.* *lib.* 3. *d.* *cap.* 19. *num.* 113. *Add.* *ad Mol-  
lin.* *lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 11. *vers.* secunda. Sed  
contrarium, & exclusam esse repræsentationem  
in hoc casu tenent *Surd.* *conf.* 241. n.  
47. *Pancirolius* *conf.* 170. *num.* 14. *Prat.* *de  
interp.* *ult.* *vol.* *lib.* 3. *interpret.* 3. *sol.* II. *num.*  
51. & 52. *Lara de annivers.* *lib.* 2. *cap.* 2. n.  
19. *Matut.* *conf.* 258. *lib.* 1. *Ruin.* *conf.* 96. n.  
16. *lib.* 2. *Roland.* *conf.* 70. *num.* 25. *Menoch.*  
*conf.* 106. n. 81. & 220. *Fusar.* q. 318. n. 48.

Quinta quæstio est, an repræsentatio  
beat locum, quando fit mentio gradus in  
insti.

institutione, & illa datur clausula de gradu in gradum, vel gradatim? In qua quæstione resolutio negativa est nō habere locum, tradunt *Altograd.* tom. I. conf. 58. num. 86. *Cassanat.* conf. 34. num. 15. *Palma* conf. 1. n. 47. *Menoch.* conf. 269. num. 15. & seqq. & 61 & conf. num. 11. *Capyc. Galeot.* contr. 48. num. 15. & 66. *Gratian.* forens. cap. 419. n. 23. & 24. & cap. 836. num. 18. *Giurb.* de feud. §. 2. gloss. 7. num. 73. *Molin.* lib. 3. cap. 8. num. 16. ad fin. *Castilb.* lib. 3. contr. cap. 19. num. 315. & seqq. *Surd.* conf. 403. n. 55. & seqq. *Mart.* de success. leg. p. 1. q. 11. art. 3. num. 22. *Valasc.* de jur. emph. q. 50. n. 37. *Robles* de repræf. lib. 3. cap. 10. num. 10. *Peregrin.* art. 21.

Nihilominus tamen resolutio affirmativa 753 admissa fuit in causa Gondiçali da Costa cum Antonio Correa Barem, & probatur ex dictis à *Menoch.* conf. 124. num. 66. 357. n. 29. & 30. & conf. 797. num. 10. *Peregr.* de fidicommis. art. 2. num. 9. & 10. *Paul.* de Cast. conf. 454. *Soccin.* conf. 100. num. 11. *Robles* de repræf. lib. 3. cap. 6. & cap. 7. n. 22. & cap. 11. num. fin. & cap. 10. *Molin.* tom. 3. disp. 629. num. 4. *Castilb.* d. cap. 19. num. 317. & seqq.

754 Sexta quæstio est; an detur repræsentatio quando pater, aut ascendens fuit exclusus aut incapax? In qua quæstione resolutio negativa probatur ex eo, quia cum repræsentatio sit fictio juris, per quam filius subrogatur loco patris, necessaria est habilitas in duobus extremis, in persona repræsentata, & in persona repræsentantis, ex *L.* bonorum ff. rem rat. haber. & cum non sit successibilis una, non admittitur repræsentatio. *Molin.* de primog. lib. 3. cap. 7. num. 2. *Castilb.* lib. 3. cap. 19. num. 16. *Mantic.* de conjectur. lib. 8. tit. 9. num. 2. *Tondut.* q. ci vil. cap. 100. num. 3. & in terminis exclusio nis patris. *Castilb.* lib. 3. cap. 15. num. 78. & tom. 6. cap. 178. *Lar.* dec. 51. n. 31.

755 Sed procedit in exclusione, aut incapacitate naturali, & perpetua; nam si fuerit accidentalis habet locum repræsentatio etiam si pater sit vivus. *Molin.* d. cap. 7. num. 4. & ibi Add. *Robles* de repræf. lib. 2. cap. 1. num. 18. & cap. 20. num. 7. *Castilb.* d. cap. 15. n. 76. Add. ad *Molin.* d. num. 4. eleganter *Perir.* de jur. Ind. tom. lib. cap. quem Ego ipse refero in allegat. impressa super Domo de Aveiro pro Comite de Figueiro, & est text. elegans in simili in *L.* si viceum §. si deportatus ff. bon. libert. L. ex facto §. si quis rogatus 3. ff. ad Trebel. *Mier.* de maior. 3. p. q. 3. n. 39. & in filio cæci, & muti exclusi *Molin.* d. cap. 7. num. 4. & antea lib. 1. cap. 13. n. 35.

Pars II.

ubi optime Add. & ad alium casum *Molin.* lib. 4. cap. 11. num. 51. & ibi Add. & ad alium *Mier.* p. 4. q. 4. illat. 8. num. 22. & q. 19. num. 24. & 25. Add. ad *Molin.* lib. 3. cap. 10. num. 44. vers. prima, *Robles* lib. 1. cap. 10. num. 12. *Ponte* conf. 4. num. 66. 67. & 68. *Peregrin.* de fid. art. 18. n. 26.

Hæ quæstiones sunt in praxi frequen- 755 tiores, & ideo eas resolvimus, & alias in qui bus censeatur, vel non inducta repræsentatio, vel exclusa ex testatoris voluntate discurrendo per conjecturas, vide supra citatos, & maxime per *Fusar.* *Robles* *Giurb.* de feud. §. 2. gloss. 7. num. 60. & seqq. *Feloaga* d. cap. 20. inchirid. & an habeat locum in mai oratibus institutis per contractum: pro una, & altera parte *Carvalho* in *Clem.* si plures §. 4. quæstio, & pro affirmativa multos DD. refert, & inquit servandam esse in hoc Regno, & pro ea vidi judicatum, de qua re etiam *Luca* de lin. leg. art. 27. num. 31. & idem *Carvalh.* in §. agamus tradit inter quas per sonas detur repræsentatio, & quid sit. Et late *Robles*, & *Castilb.* lib. 3. cap. 19. cum quibus prosequi poteris cætera de repræsentatione, & per *Casteljon* verbo *Maioratus*, & repræsentatio, quia quæ resolvimus sunt frequen toria ad quæstionem practicabilium, & quo tidianarum resolutionem.

De linea, & ejus materia est videndus *Roxas* de incomp. maior. p. 1. cap. 6. num. 144. & seqq. ubi in §. 12. agit de linea actuali si ve effectiva possessoris, quæ omnino necessaria est, quia formatur per passionem mai oratus, per sententiam, aut jus, quia linea non constituit nisi per eos qui maioratum actualiter possiderunt. *Bald.* conf. 232. vers. quia linea, lib. 2. *Mart.* de success. leg. 4. p. q. 21. art. 4. num. 41. bene *Paz* de tenut. cap. 35. num. 44. *Paul.* de Castr. conf. 164. & de ratione *Pereir.* dec. 59. num. 5. *Gut.* canonic. lib. 2. cap. 14. num. 48. *Castilb.* lib. 5. cap. 92. num. 56. & cap. 93. n. 9. *Larrea* deo. 8. num. 48.

Aut eis quibus per sententiam judicatus 758 fuit *Vella* differt. 49. num. 44. *Roxas* d. cap. 6. §. 12. n. 149.

Quia si non intravit in possessionem mai oratus ascensus, non constituit lineam ad suos descendentes; debet enim linea habere principium certum, & determinatum, & incipere non potest, nisi ab illo, qui occupat maioratus successionem. *L.* Titius ususfructus 96. ibi: Neque initium accipit ff. cond. & demonstr. *L.* Seia 42. ibi: Quæ nondum initio ff. mort. caus. don. cap. 1. ubi DD. de success. feud. cap. 1. de gradib. success. resolvunt *Alciat.* conf. 494. num. 10. & 499. num. 3. &

523. num. 10. Reminald. jun. conf. 117. n. 66.  
lib. 2. Alex. Raud. conf. 142. num. 126. inter  
conf. ult. vol. lib. 2. & ideo linea, secundige-  
nitæ non potest incipere nisi ab illo qui  
successionem occurravit. Molin. de primogen.  
lib. 3. cap. 6. num. 34. & 35. Pereg. art. 2. n.  
14. Amat. var. resol. 1. num. 34. Azeved.  
conf. 2. num. 13. Paz de tenet. cap. 35. n. 14.  
Gusman. verit. 6. num. 11. Roxas d. cap. 6. n.  
146. Valenz. conf. 97. num. 10. Robles de re-  
pres. lib. 2. cap. 30. n. 11.

760 Nisi sit descendens ab institutore, & ab  
ultimo possessore, quia tunc sufficit primo-  
genitura ad hoc ut absque possessione con-  
stituat lineam ad se, & ad suos descenden-  
tes, ut diximus supra, & tenet Paul. Ca-  
str. conf. 164. & etiam detur vocatio alicu-  
jus à qua incipit. Luca de linea leg. art. 2.  
num. 22.

Dummodo sit consanguineus ex illa li-  
761 nea, & via, ex qua bona veniunt. Bart. &  
Bald. quos refert Peralta in L. cum ita §. in  
fideicommiss. ff. leg. 2. Gregor. Lop. in L. 3.  
tit. 13. part. 2. gloss. fin. Roland. conf. 100. vol.  
1. num. 5. Molin de primog lib. 3. cap. 9. n. 2.  
& 9. Mier. de maior. p. 2. q. 7. num. 7. Alva-  
rad. de conject. ment. defunct. cap. 1. num.  
fin.

762 Et si fuerit radicata tali linea in aliquo,  
non transit successio maioratus ad aliam, ni-  
si postquam extinta fuerit, & non donec ex  
ea linea aliquis superuerit. Cap. 1. de nat.  
success. Roxas de incomp. p. 1. cap. 6. num. 11.  
55. & seqq. Rosa conf. 69. n. 5. & seqq. quos  
Ego ipse refero forens. cap. 4. n. 29.

763 Dummodo sint capaces; quia si in illa li-  
nea fuerint inhabiles, aut incapaces,  
tunc statim fit transitus de una linea ad a-  
liam, ut tenent multi, quos Ego ipse refero  
forens. cap. 4. num. 29. in novissima impress. in  
add.

764 Et etiam quando datur vitium in linea,  
quia tunc tanquam reale influit in omnes  
ex illa descendentes, & transit ad aliam, in  
qua non datur vitium, sed capacitas. Add.  
ad Molin lib. 1. cap. 13. num. 35. Castilh. lib.  
3. cap. 15. num. 2. usque ad 7. Mier. 2. p. q. 3.  
num. 16. Valenz. conf. 7. num. 23. & conf.  
183. num. 129. Pereir. de jur. Ind tom. 2. lib.  
2. cap. 17. num. 91. ut potest succedere in il-  
legitimo filio possessoris, quia non transit  
propter vitium illegitimitatis ad illum suc-  
cessio, nec continuatur in linea Patris, sed  
transit ad aliam transversalem proximio-  
rem, & legitimam, ut multoties judicatum  
fuit, & dicemus infra. Vel si aliquis exclu-  
sus, quia in excluso non formatur linea, ut  
dicemus Cap. 8.

Et idem procedit in maioratu agnationis,  
quia si datur, & invenitur fæmina filiaulti-  
mi possessoris, non continuatur successio in  
illius linea, sed transit ad masculum remo-  
tiorem alterius lineæ secundum testatoris  
voluntatem, ut tenent Castilh. & ali, quos  
Ego ipse refero forens. cap. 4. num. 29. in add.  
& noviss. impress. pag. 304. vers. aut non  
sit.

Eodem modo non habet locum si succes-  
sio translineata fuerit, vel extincta, aut suc-  
cisa, & amputata semel, quia semper durat  
succisa, & amputata, & inhabilis ad suc-  
cessionem, & continuationem lineæ, & transit  
ad aliam capacem. Bart. in L. cum pater §. lib.  
bertis ff. leg. 2. exornat Larrea dec. 51. n. 14.  
Quia successio maioratus descendit de linea  
in linea, & non retrogradit, nec retro re-  
vertitur. Nata vol. 1. conf. 22. num. 2. Ra-  
dens. in append. de ann. logis p. 1. num. 19.  
Gregor. Lop. in L. 4. tit. 13. p. 6. gloss. 1. Ma-  
tienç. in L. 1. tit. 8. lib. 5. recop. gloss. 3. n. 11.  
Cov. lib. 2. var. cap. 5. Roxas de success. ab  
intest. cap. 30. n. 41. & cap. 3. n. 39.

Quare linea postergata non habet preli-  
tionem, sed successiva per ordinem natura-  
lem successionum. Rolando conf. 59. lib. 3. n.  
39. & in simili Castilh. lib. 3. cap. 28. num. 26.  
Menoch. conf. 823. num. 12. & conductit do-  
ctrina Larrea dec. 51. num. 18 & seqq. quod  
gradu rupto, & infirmato, amplius heredi-  
tas obtinere non potest. L. 1. §. sed videtur  
ff. success. edit. & succedit regula de qua  
Molin. lib. 1. cap. 3. num. 12. quod i. debet sem-  
per linea recta succedi, ita ut neque suc-  
cessio retrocedat, nec de una linea ad aliam tra-  
sus fiat; & lib. 1. cap. 6. num. 29. & 30. &  
est vulgaris doctrina Bald. conf. 200. num. 2.  
lib. 5. ex quo non datur reintegratio suc-  
cessionis respectu retro ad gradum destitu-  
tum, sed transit ad filiam, & ideo est resolu-  
tio multorum, quod fæmina exclusa, licet ex linea primogeniti, propter masculum  
remotiorem, si iste decedat absque masculis,  
non admittitur, nec in illa reintegratur suc-  
cessio, sed continuatur in filiam fæminam,  
aut sororem ultimi masculi, non obstante  
linea primogeniti postergata, & retrogradi.  
Bald. d. conf. 200. num. 2. & conf. 202. lib. 5.  
Paul. de Castr. conf. 195. num. 1. & 2. lib. 1.  
Angul. de melioram. L. 1. 1. gloss. 9. numer. 5.  
Mier. de maiorat 2. p. q. 6. num. 49. & 50.  
Gregor. Lop. in L. 3. tit. 13. part 6. gloss. ver.  
mugeres. q. 9. vers. sed pone: cum aliis Ca-  
stilh. lib. 5. cap. 91. num. 60. & seqq. Addit.  
ad Molin. lib. 3. cap. 5. num. 72. & de ratione  
lib. 1. cap. 6. n. 22.

Quæ resolutio comprobatur ex eo, quia

de maioratum reintegratione non cognoscitur, nisi in duobus casibus. Primus est ex voluntate testatoris, quando secundum illam datur reintegratio linea postergatae, tunc enim ex clara voluntate institutoris admittitur reversio. Secundus est, quando omnes lineae sunt extinctae, tunc enim ex perpetuitate maioratus succedit linea postergata, & retrograda, & persona semel exclusa, ex late traditis a Molin. lib. 1. cap. 6. num. 22. vers. octavo, & lib. 3. cap. 5. num. 72.

769 Et cum nullus ex his casibus concurrat, succedere debet filia, aut soror ultimi masculi possessoris; licet postea nascatur masculus linea primogeniti postergatae, non potest concurrere cum masculo, aut femina linea secundae, in qua intravit successio, neque cum suis descendantibus. Paul. de Cast. conf. 164. num. 1. lib. 2. Molin. d. num. 72. & 22. & lib. 3. cap. 9. & 10. & ex ratione postergationis, Mier. de maior. p. 2. q. 6. num. 49.

770 Et pari ratione neque masculus primae linea, qui postea natus fuit, potest excludere descendentes, aut transversales linea secundae, qui continent lineas ultimi masculi, in quem successio intravit; quia ad successionem tantum attenditur linea recta sequens, & proximior ultimo possessori, & non linea praecedens, ex qua exivit exclusio ex his quæ tradunt Succin. jun. conf. 126. lib. 1. Rutn. conf. 118. num. 25. & conf. 159. in 1. & 2. dub. & conf. 162. num. 8. lib. 2. & conf. 47. lib. 3. Alciat. conf. 32. num. 8. lib. 9. Roland. conf. 100. lib. 1. Pancirol. conf. 100. Surd. conf. 370. in princip. & num. 10. Peregrin. conf. 50. num. 16. lib. 1. conf. 42. num. 11. lib. 5. Mier. 2. p. q. 6. num. 49. in antiqu. impress. Et ita praecedere debet femina filia, aut soror linea possessoris, & non proximior linea primogeniti exclusa propter masculum remotiorem, licet primogenita sit in meliori gradu, quia finita linea non consideratur persona proximior in gradu, sed linea proximior, & in tali linea proximiori quatinus eum qui descendit per lineam rectam possessoris, & non eum, qui non est in linea recta illius, licet sit in meliori gradu. Molin. lib. 3. cap. 4. num. 14. & cap. 6. num. 32. Gut. canonic. lib. 2. cap. 14. num. 56. & 57. & pract. lib. 3. q. 67. num. 20. & conf. 13. num. 1. Gam. dec. 93. Castilb. cap. 93. num. 8. vers. septima conclusio, & ideo proximior in linea recta preferitur cunctaque alteri proximiori in gradu: Molin. lib. 3. cap. 8. num. 7. Castilb. d. num. 8. vers. item, & consequentur; atque ita succedere debet femina mas-

Pars II.

culi ultimi possessoris filia, aut soror, & excludere feminam, aut masculos, ex ea jam exclusam propter masculum remotiorem, & non potest illa succedere, quia jam fuit postergata sua linea, & ad illam amplius non datur regressus, ex text. in cap. 1. §. quin etiam Episcopum, vel Abbatem, vel Abbatissam in usib. feud. licet enim descendat ex primogenito, cum sua linea sit postergata non continuatur in illa successio retrogradi, quia fluit per lineas, & gradus ad posteros ad instar fluminum §. ceterum inst. de leg. agnat. success. Raud. de annolog. in appendic. p. 1. num. 19. vers. retrogradationem non admitti, de qua re, his non consideratis, vide Roxas de incomp. maior. p. 3. cap. 4. ubi ad varias quæstiones est videndum circa lineam, retrogradam, & postergatam, & reintegrationem, ubi hanc partem in terminis defendit: & vide Mier. 2. p. q. 6. num. 49. & 50. Castilb. cap. 91. num. 63. Addit. ad Molin. d. num. 72. & licet exclusio propter agnatos cesset deficien- tibus illis; attamen non procedit quoad reintegrationem feminæ exclusæ. Peregrin. art. 27. num. 19. & conf. 4. num. 21. Thesaur. dec. 67. n. 5. Addit. sup. n. 73.

Sed his minime obstantibus, contraria sententia, & resolutio mihi verior videtur, & in nostris terminis habere locum reintegrationem successionis ad favorem feminæ exclusæ propter masculum secundæ linea, ita ut eo deficiente succedat, & non ejus filia, aut soror d. masculi ultimi possessoris, ut in terminis judicatum refert Fontanel. de pact. nupt. claus. 4. gloss. 25. num. 17. Vivius dec. 51. 1. lib. 4. Gail pract. observ. lib. 2. observ. 148. Thesaur. dec. 63. num. 5. Peregrin de fidicommis. art. 27. num. 16. Raud. conf. 2. n. 22. Mena in add. ad Gam. dec. 27. & tenet Bald. conf. 69. num. 4. vol. 1. & conf. 426. col. 3. num. 4. & 5. Menoch. conf. 359. n. 9. Pancirol. conf. 117. num. 11. Molin. d. cap. 5. n. 72. Gregor. Lop. in L. 3. gloss. 2. q. 22. tit. 13. part. 6. Alvarad. de conject. ment. lib. 2. cap. 3. §. 4. num. 26. Aguirre in apolog. pro success. Regn. p. 2. num. 71. late Moroc. conf. 32. num. 14. ubi num. 17. quod in hoc casu redit femina jure quodam postliminij ad sua iura, & recuperat successionem, & ad suam portionem redintegratur, ac si nunquam fuisset exclusa; & alios refert Castilb. d. cap. 91. lib. 5. num. 71. vers. præterea, & n. 68. & cap. 92. num. 33. & cap. 93. §. 13. num. 3. Larrea dec. 54. num. 20. vers. merito, non stante masculo filio linea defecit, & in alia retro successio devolvitur. Ancharran. conf. 220. n. 2. Dec. conf. 67. num. 1. Gratian. cap. 218. n. 84. Peregr. art. 27. n. 21. Gabriel conf. 132.

q. 1. num. 1. Fusar. q. 339. n. 4. & q. 484. num.  
27. & 43.

772 Probatur hæc resolutio redintegrationis linearum multis juribus, & rationibus, & in primis probatur ex textu in L. 2. §. si mater ff. ad Tertit. & in §. fin. ibi: *Matre remota eos admitti, qui venirent, si mater non fuisset: ex quibus verbis probatur, quod sublati masculis, ille aut illa habere debet maiorum, & illius successionem, quæ habere deberet, si masculus defecisset, & non intrasisset. L. Idem Neratius ff. usufruct. accrescend. ibi: Ad eam enim partem debet redire, à qui initio dimissus est. Ex quibus debet successio reverti ad lineam à qua exivit prima vice. L. si unus 28. §. pactus, ff. de pact. ibi: Quoties enim ad ius, quod Lex Naturæ eis tribuit, de dote actio reddit, non fit causa datis deterior, sed formæ suæ redditur. Ex quibus debet reverti ad primam succedendi formam. L. filio cui pater ff. lib. & posth. ubi I.C. inquit: Quia non translatus, sed restitus videtur. Et non transit successio de una linea ad aliam, nisi restituatur, & revertatur ad propriam. L. illa constitutio §. 1. ff. debared. inst. in verbis ibi: Quia iura postliminij omnia jura Civitatis in personam ejus suspensa retinentur, non abrumptuntur. Idem stabilitur L. penult. ff. success. & legit. hæred. ibi: Per suspensi juris constitutionem. L. itens verba ff. const. pecunia, ibi: Retrorsus se actio refert. Atque ita revertitur jus ad illum, qui retro relinquit successionem. L. si duobus §. si quis ff. bonor. poss. contr. Tabul. L. si illius 42. ff. bon. libert. ibi: Et qui alio jure venit, quam eo quod amisit, non nocet id quod perdidit, sed prodest id quod habet. L. qui duos ff. conjung. cum emanc. cap. posterioriationem 11. §. ceterum in fin. de renunc. ibi: Impedimento cessante ad Episcopalem poterit resurgere dignitatem; & in simili probat text. in cap. 1. de nat. success. feud. Raud. lib. 1. var. cap. 40. num. 4. Menoch. conf. 957. num. 19. & seqq. Decian. respons. 21. num. 7. lib. 4. Gratian. cap. 453. num. 39. & in alio casu Gregor. Lop. in L. 2. tit. 15. part. 2. verbo si dixero q. 2. Castilb. lib. 5. cap. 92. num. 58. vers. uno, & num. 59. vers. quamvis, Menoch. conf. 926. num. 56. lib. 10. & ut inquit Suelves conf. 49. tom. 3. num. 2. & 5. hinc sit, quod licet successione superveniente ad unam lineam, dum est persona capax in illa, non fiat transitus ad aliam, & ea tamen linea deficiente, retrogradè sit ad primogeniture lineam transitus. Gut. lib. 2. canon. cap. 14. num. 50. & seqq. ut in præsenti finita linea ultimi possessoris retrogradatio debet fieri ad lineam primogenituræ. Quod etiam probat text. in L.*

7. Cod. fund. dotal. ibi: Officio judicantis continetur, ut reintegrata servitute subeat fundum mulieri, vel hæredi ejus reddi. L. illud ff. quod met. caus. ibi: Ut in tua persona redintegretur. L. 2. Cod. in quib. caus. in integrum restit. necess. non est, ibi: Quia non redintegratio admissæ cause his datur, sed integra ipsa causa servatur.

Et non solum probatur nostra resolutio ex dictis text. & DD. sed etiam multis rationibus comprobatur; prima est, quia non potest esse melioris qualitatis filia secundogeniti, quam primogeniti, contra regulam text. in L. publins §. 1. ff. cond. & demonstr. & est optima doctrina, & singularis Bart. in L. Gallus §. etiam si parente num. 5. ff. liber. & posth. de qua Greg. Lop. in L. 2. tit. 15. part. 2. verb. si dixerit, Fusar. q. 338. n. 48.

Secunda est; quia data equalitate, utriusque fæminæ debet præferentiam habere illa quam fuerit melioris linea, ad hoc ut in ejus successione continuetur maioratus ad exemplum masculorum, quia substitutiones regulantur ab ordine dato in prima substitutione. L. 2. Cod. impub.

Tertia est; quia exclusio debet cessare de sufficiente agnatione, quæ erat exclusionis causa, & fæmina semel exclusa non semper remanet exclusa, & solum durat suspensio, quantum durat persona, & masculus qui eam exclusit, & absque masculis linea illius extincta, potuit ei qui semel fuit exclusus, ejusdem maioratus successio deferri, & iterum atque iterum filia primogeniti exclusa admittenda venit, ut tenet Bald. conf. 52. vol. 4. Molin. de primog. lib. 1. cap. 6. num. 21. & ibi Add. & lib. 3. cap. 5. num. 72. Flores in add. ad Gam. dec. 27. Valenz. conf. 113. n. 64. & 65. Giurb. de feud. §. 2. gloss. 6. num. 11. Ozasc. dec. 23. num. 51. Gratian. forens. cap. 695. num. 17. & 18. & cap. 218. num. 82. & 84. Fusar. q. 484. num. 27. & 43. Castilb. tom. 6. contr. cap. 143. §. unic. num. 16. & cap. 145. §. 1. num. 18. Mier. 2. p. 9. 64. numer. 4.

Quarta ratio est; quia si linea primogeniti rupta fuerit, ad hoc ut masculus agnatus excludat fæminam filiam primogeniti, contra maioratum regulas, & observaciones communes, nulla æquitas, aut ratio datatur, ad hoc ut extincta agnatio non attendatur ad lineam primogenitam, & si semel rupta fuit, justum est ut redintegretur linea postergata in favorem fæminæ exclusæ. Peregrin. conf. 39. num. 28. vol. 1. non obstante sororeulti possessoris, ex Castilb. lib. 5. cap. 91. num. 71. & etiam filia, ut diximus. Et probatur ex sequentibus non obstante

stante dispositione text. in cap. I. §. quin etiam Episcop. vel Abbatem, vel Abbatissam in usib. feud. pro contraria parte allegato.

Nam postergatio nihil aliud est, quam transitus unus quem facit majoratus de linea in qua intravit successio, relinquendo illam retro, ad aliam, & ita intelliguntur verba post ergo Dec. in L. 2. §. creditum n. 11. ff. rebus credit. Cened. sing. 34. num. 12. & in illa incipit nova linea, & in eo, qui successionem occupavit, & sic finita linea superiori, à qua majoratus discellit, & ad aliam transivit, non amplius vivit illa prior linea, dum existunt masculi alterius, licet momento temporis ad masculum pervenisset successio, non potest habere linea postergata jus, nec effectum succedendi donec dureat. Bald. conf. 334. lib. 3. n. 10. Reminald. conf. 81. n. 8. lib. 1.

Sed illis deficientibus redintegratur, quia redintegratio linea nihil aliud est, quam restitutio, & reintegratio ejus, quod abstulit linea, lesio, exclusio, sententia, seu præceptum testatoris, ut per hęc verba inquit Cavalc. dec. 1. lib. 4. num. 6. Thesaur. dec. 26. n. 4. vers. cum ergo, Nata conf. 343. num. 3. vol. 2. Bart. in L. siquidem, Cod. de præd. minor. col. 3.

Quo supposito, cum hi sint reintegratio-  
779 nis effectus, venit intelligendus text. in d.  
cap. I. §. quin etiam secundum Bald. ibi n. 3.  
distinguendum est, aut feudum, vel majora-  
tus est agnationis perpetuæ, ubi perpetuo  
sunt feminæ eorumque descendentes exclu-  
sa, aut non? Si est agnationis; femina, &  
ejus linea semel exclusa perpetuo manet ex-  
clusa, & non datur amplius regressus ad illam:  
quia habet exclusionem perpetuam,  
& redintegratio, vel restitutio nihil opera-  
tur ubi exclusio est perpetua; & in hoc ca-  
su procedit decisio text. ut inquit Bald. at  
vero, si majoratus, aut feudum non est ag-  
nationis perpetuæ, sed temporalis, & femi-  
na, & linea ejus fuit exclusa per masculos  
agnatos, illis deficientibus cessat causa, &  
exclusio, & devolvitur successio ad lineam,  
à qua sublata fuit per redintegrationis jus,  
& ad hoc allegat multa jura, & specialiter  
L. quæsum 78. §. illud 4. ff. leg. 3 ubi I.C.  
Paulus inquit quod ille refert, & ita intel-  
ligit d. text. quia linea semel exclusa non re-  
manet perpetuo exclusa, sed temporaliter  
suspensa, donec causa extet exclusionis, qua  
vero cessante successio reintegratur. Ita  
Orboman. conf. 29. num. 67. Panciroli. conf.  
117. num. 11. Menoch. conf. 5. num. 78. Put.  
dec. 143. vol. 2. Mier. de maior. 2. p. 9. 64. n. 4.  
Avend. L. 40. Taur. gloss. 10. num. 78. & 79.

Flor. ad Gam. d. dec. 27. Surd. conf. 374. num.  
36. Castilh. tom. 6. cap. 143. §. unic. num. 15.  
Valenz. conf. 113. num. 64. Molin. d. lib. 1.  
cap. 6. num. 22. & lib. 3. cap. 5. num. 72. & ibi  
Add. & probat bonus text. in L. Inde, Nera-  
tius 4. ff. usi fr. accresc. ibi: Ad eam enim  
partem redire debet, à qua initio divisus  
est.

Hinc inquit Iason conf. 105. num. 4. quod 780  
exclusio feminarum primæ linea per mas-  
culos agnatos secundæ non dicitur exclusio,  
sed suspensio, donec masculi supervivant.  
Cavalc. dec. 1. lib. 4. num. 22. & talis suspen-  
sio nullum jus tribuit lineis subsequenti-  
bus, sicut transmissio, & delatio hæredita-  
tis. Handed. conf. 6. num. 7. Roland. conf. 96.  
num. 15. Cavalc. dec. 1. num. 22. Marth. de  
success. leg. p. 1. q. 13. art. 9. Peregrin. conf.  
17. optime Fusar. q. 484. num. 43. Fontanel.  
de pact. nupt. p. 1. claus. 4. gloss. 25. num. 17.  
ubi judicatum. Atque ita deficientibus mas-  
culis secundæ linea redintegratur successio  
in linea primogeniti, cessante enim impedi-  
mento, seu causa exclusionis, jure quasi  
postliminij ad successionem reintegratur  
linea exclusa, cum ejus effectus durante cap-  
tivitate sit suspendere captivi jura, etiam  
jus patriæ potestatis, qua reintegrandur, &  
conservantur illæsa cessante captivitate per  
reversionem ad Civitatem, ac si talis captivi-  
tas nunquam adesset. §. si ab hostibus inst.  
quibus mod. jus patr. potest. solvit. ubi quod  
si ab hostibus fuerit captus parens, quamvis  
servus hostium fiat, tamen pendet jus liber-  
ror. propter jus postliminij, quia hi, qui  
ab hostibus capti sunt, si reverbi fuerint, om-  
nia pristina jura recipiunt: idcirco rever-  
sus parens etiam liberos habebit in potesta-  
te, quia postliminium fingit, eum qui cap-  
tus est in Civitate fuisse. L. post liminium §.  
1. ff. captiv. & postlim. revers. ac proinde  
omnia restituuntur ei jura, ac si captus ab  
hostibus non fuisset. Amaya lib. 2. obser.  
cap. 1. & late diximus in tract. de compet. in-  
ter Archiep. & Nuno. cap. 98. per tot. & ita  
ex hoc exemplo etiam redintegranda venit  
successio, ut tradunt Add. ad Molin. & ille  
lib. 1. cap. 6. num. 22. Bald. conf. 52. in fin. n.  
4. ibi: Retrocedit res ad suum stipitem non  
destitutum, sed temporaliter intermissum.

Et in favorem redintegrationis, & com-  
petentiam linea primæ, quæ prætendebatur,  
esse postergatam, & inter tertiam, quæ præ-  
tendebatur immediata, ab illo die, in qua suc-  
cessio devoluta fuit ad masculum secundæ  
lineæ, est communis resolutio ad favorem  
redintegrationis linea primogenitæ, & ad  
exclusionem tertię linea, prout testantur in  
Oo iiii specie

specie Rosental. de feud. cap. 7. cons. 44. lit. A. Vellovißo in d. cap. 1. §. quin etiam Loriot. ibi num. 6. Uvesembeq. num. 3. cum alijs Add. ad Rosent. cap. 7. cons. 44. d. lit. A. Mart. de success. leg. p. 1. q. 3. art. 9. Fabro de Anna cons. 3. num. 38. lib. 1. Ottoman. cons. 29. n. 67. Panciroli. cons. 117. n. 11. & 170. n. 11. Mier. 2. p. q. 64. num. 4. Avend. in L. 40. Tauri gloss. 10. num. 78. Surd. cons. 374. num. 36. Alex. cons. 118. num. 2. lib. 6. Socin. cons. 92. num. 4. lib. 1. Dec. cons. 506. n. 3. Tiraq. in L. si unquam verbo suscepere liberos. num. 194. Felic. alleg. 25. p. 3. num. 2. & seqq. Nonio cons. 8. num. 6. Cœphal. cons. 571. num. 62. lib. 4. Handed. cons. 9. n. 15. & cons. 29. num. 3. cum seqq. Moroc. cons. 23. num. 14. Pratis cons. 22. num. 2. Beroi cons. 151. num. 23. lib. 2. Gregor. Lop. in L. 3. tit. 13. part. 6. gloss. 3. q. 23. Aguirre de success. Regni p. 2. num. 55. Integriol de feud. cent. 2. art. 2. num. 108. Paul. de Castr. cons. 198. num. 2. Valenz. cons. 83. num. 129. Tusc. lit. E. tom. 3. concl 433. Faber de errorib. pragm. decad. 28. error. 4. & 5. Manent. dec. 115. num. 22. Paciano cons. 49. n. 54. & seqq. Gratian. cap. 447. num. 25. & cap. 228. num. 85. & 86. Add. ad Molin. lib. 1. cap. 6. num. 22. Corneo cons. 304. num. 16. lib. 3. Ruin. cons. 159. num. 12. lib. 3. Fontanel de pact. nupt. p. 1. gloss. 25. claus. 4. nummer. 29.

Et in favorem hujus resolutionis adsunt 782 quamplurimæ Decisiones totius Europæ. De Mantua testatur Peregrin. cons. 17. lib. 1. de quo etiam testatur Burfat. cons. 80. vol. 1. de Camera Imperiali, Martha de success. leg. p. 1. q. 13. art. 9. de nostro Lusitanæ Regno, Gam. dec. 27. de Pavia Peregrin. dec. 7. num. 1. de Milão Raud. de analog. cap. 40. num. 4. de Cicilia Millanense dec. 7. de Rota Romana tripliciter, Cesar de Grass. dec. 179. & in noviss. divers. 247. in posth. Farinac. 122. de Padua Cavalc. dec. 1. lib. 4. de Naples Franchis dec. 13. de Monferrato Surd. dec. 27. de Burdeos Boer. dec. 24. de Borgonha Cassaneo cons. 29. de Vicaria de Naples Vivio dec. 541. lib. 4. de Piamente Thesaur. dec. 63. de Aragaõ Fontanel. de pact. d. num. 29. & num. 17. Refert judicatum ad favorem descendantium primæ lineaæ, & est omnino videndus, quæ est vera resolutio, licet Castilh. lib. 5. cap. 91. num. 63. & cap. 92. asserat contrarium, prout interminis testantur Bald. in d. cap. 1. Menoch. cons. 359. num. 4. & cons. 957. & ita defendit Peregrin. d. cons. 17. Mart. de success. leg. p. 1. q. 22. art. 3. num. fin. Decian. cons. 21. lib. 3. Cassanate cons. 23. & nullum ex citatis alle-

gat Castilh. & si tales decisiones viderat, se retractaret, & Roxas d. 3. p. cap. 4. & Capon. tom. 3. cap. 164. num. 17. quia convincuntur non solum ex dictis, & ex Rovit. cons. 1. num. 27. Mier. de maior. p. 2. q. 6. num. 206. & 275. Raud. cons. 142. n. 103. & cons. 18. num. 19. & 160. & seqq. vol. 2.

Plane in successione maioratus, de quo agitur, licet testator in prima vocatione pri- 830 mogeniti filii Antonij expresse representationem admiserit, & voluerit nepotes filios predicti Antonij preferendos patruis, ac proprijs ipsius testatoris filijs, & non tantu nepotes, sed etiā neptes, ut patet ibi: E cō tal declaraçāo, que ainda que o dito Antonio Rodriguez nam tenha filhos, & tenha filhas, o hajaõ com a mesma obrigaçāo, &c. In quibus tan- tum successionibus representationem defiri voluit, per illa verba: E dari em dian- te vā pelos parentes mais chegados; ex quo cum testator proximiores vocaverit, representationem excludere visus est; quia filius parenti proximior est quam nepos, L. Inrecon- sultus ff. de gradib. est enim filius in primo gradu, & nepos in secundo: sic similiter in proposito R. Sebastianus Fernandes proximior est fratri Emmanueli Roderico presbytero ultimo possessori, quia est in primo gradu respectu ipsius fratris; Actor vero Emmanuel filius alterius fratris præmori- tui Ioannis Roderici, cum patruo est in se- cundo gradu, L. 1. vers. ex transverso supræ eod. tit. ff. de gradib. & in hoc casu, quando scilicet testator proximiores vocavit, cessa- re representationem tenuit Peregrin. conf. 63. num. 21. lib. 2. Covar. pract. cap. 38. num. 3. vers. 3. ad intellectum, Mantic. de conje- ctur. ultimar. vol. lib. 8. tit. 9. num. 10. plu- ribus

Qq

ribus relatis Vicent. Fusar. in suo tract. de  
subst. q. 485. à num. 33.

831 Quid etiam confirmari potest ex alia clausula apposita in institutione, ubi testator successionem hujus maioratus deferri voluit filio masculo seniori ibi: *Com declaraçam, que esta Capella fique ao filho mais velho do dito Antonio Rodriguez: unde cum voluntas testatoris ea fuisset, ut successio deferatur proximioribus, & senioribus, eos censemur vocasse, qui proximiiores, & senioriores fuerint secundum veritatem, non secundum fictionem, quia in fideicommissis veritas, & confessio consideratur, L. fideicommissum ff. de cond. & demonstr. L. Statius Florus §. Cornelio felici ff. de jur. fisc.*

832 Cum igitur Actorem, qui patrem repræsentare vult, per fictionem censeatur in eodem gradu cum patruo, quia fictione iuris hoc fuisse introductum testatur Bald. in auth. cessante num. 5. vers. sed circa illum casum, Cod. de leg. hered. quem sequuntur sunt Angel. Reynos. Cephal. & alijs relati ab eodem Vicent. Fusar. ubi supra à num. 34. fictio veritati prævalere non debet, L. adop. tio a 1. ff. de adopt. L. qui ad certum ff. locat. Bart. in L. si quis pro empore num. 22. ff. de usucap. ubi alijs consequens est, dicamus Actorem filium fratri præmortui, qui parentis locum fortè subintrare vult, non esse præferendum patruo, qui vere proximior, & senior reperitur tempore delatæ successionis.

833 His tamen non obstantibus, verius credo in præsenti Actorem præferendum patruo ex præscripto ab Ordinat. dict. tit. 100. in princip. ubi expresse decretum est in successionibus maioratum repræsentationem esse admittendam, tam respectu ascendentium, quam etiam transversalium; & eo maxime, quia testator in proposita specie nepotes filij senioris primi vocati proprijs filijs præferri voluit, nec non nepotes, sed etiam neptes præferendas dixit, ut paret ibi: *E por seu falecimento delle Antonio Rodriguez, ficará a seus filhos com a mesma obrigaçāo, & nam tendo filhos, ficará a Rodrigo, & Simão vivos; & paulo inferius: & com tal, que ainda que o dito Antonio Rodriguez nam tenha filhos, & tenha filhas, elas o bahaõ. Eece, quod testator in prima vocatione non solum nepotes, sed etiam neptes proprijs filijs anteferri voluit: plane, quando testator in aliqua parte dispositionis, sive præcedenti, sive subsequenti filios in locum parentum suorum vocavit, præsumitur voluisse, ut in alijs vocationibus locus esset repræsentationi, & hanc*

præsumptionem efficacissimam, & validissimam dicunt Peregrin. de fideicommiss. art. 21. num. 26. vers. item cum testator, in fin. De cian. conf. 9. num. 50. & conf. 26. num. 78. usque ad num. 83. Ruin. conf. 168. n. 4. & conf. 18. lib. 2. Paris. conf. 91. num. 22. lib. 2. & ratio est; quia successiones quoad ordinem succedendi declarantur secundum institutionem. L. qui liber in fin. ff. de vulgar. L. Lucius §. pater puerum ff. ad Trebell. L. 1. Cod. de Imp. & alijs subsistit Menoch. conf. 452. num. 7. Mantic. de conject. ult. vol. lib. 5. tit. 1. num. 20. Mascal. de probat. concl. 1345. & idem dicitur de substitutionibus, quia una declaratur ab alijs, Hieron. Gabr. conf. 96. num. 12. lib. 1. Menoch. conf. 215. num. 168. & seqq. Mascal. dict. concl. 1345. num. 11.

Facit insuper, quod in dubio judicandum est, ut sit locus repræsentationi, tum ex Legi Regiae dispositione dict. tit. 100. tum etiam, quia præsumendum est testatorem voluisse, quod in fideicomisso a se constituto sucedatur, prout succeditur ab intestato in alijs bonis non suppositis fideicomisso. Gloss. in L. cum ita §. fideicomisso, & ibi commun. DD. ff. de legat. 2. Menoch. conf. 106. num. 83. Odd. conf. 45. num. 37. dicit commun. Peregrin. conf. 45. num. 25. vers. contra tamen lib. 2. atqui ab intestato filius succedit in locum patris, quando agitur de successione ascendentis §. 1. inst. de hered. que ab intest. deferunt. gloss. in §. multis inst. de success. libert. ubi Joann. Fabr. Sacilecer. in auth. in successione in fin. Cod. de legit hered. nec enim est præsumendum quod testator minus dilexerit nepotes, quam filios, quinimo secundum multorum opinionem, maior sit affectio in nepotes, quam in filios, cum in his avus videat longiorem suam propagationem, unde si non maior affectio, saltem æqualis debet considerari juxta nos ad L. cum avus ff. de cond. & demonstr.

Nec multum obstant, quæ supra notata sunt pro patruo circa proximitatem, tam respectu primi institutoris, quam etiam ultimi possessoris, & etiam circa ætatem seniorem; his namque objectionibus facile responderi potest, ex his quæ erudite, & eleganter tradit Molin. de primog. lib. 3. cap. 8. à num. 11. & seqq. & à num. 18. cum seqq. quæ hic transcribere non libuit.

Non item, quæ de fictione consideravimus ( per quam introducta fuit repræsentatio ) quæ veritati prævalere non debet; quia responderetur, quod repræsentatio non procedit per fictionem, sed causatur ex privilegio concesso jure speciali, & repræsen-

tatio appellatur privilegium, *Auct. de hæredib. que ab intestat. venientib. in §. fin autem defuncto, vers. hujusmodi vero privilegium, & col. 9.* & quod repræsentatio procedat ex privilegio non per fictionem, tenet post alios *Tiraq. de retract. lib. 1. §. 10. gloss. 9. num. 4. & de jur. primog. q. 4. alias 40. n. 31. cum seqq. noster Valasc. de jur. emphyt. q. 50. num. 4. & 6. quamplurimi relati à Fusario de subst. diet. q. 485. a num. 35.* Ex quibus dicendum est nepotem, ac etiam filium ex fratre per privilegium, & juris beneficium, ita proximum, & in pari gradu esse, prout est patruus, ac per consequens admittendum, & præferendum in successione juxta ea quæ supradiximus, confirmata sic in hac parte Iudicis sententia.

Similiter circa successionem alterius maioratus instituti ab Agneta Fradella confirmo ex eisdem fere rationibus superius adductis, & ex his, quæ notant *DD. ad auth. post fratres Cod. de legi. hæredib.* Lisboa 20. de Agosto de 1633. Francisco de Carvalho.

#### Convenio Mesquita.

*Quoad maioratum institutum à Gondalo libenter sequor votum præcedentium dominorum, agitur enim de successione inter transversales descendentes ab instituente, & sic datur locus representationi ex nostro jure, & sic ex dictis quoad hunc maioratum firma remanet sententia, quoad alterum vero maioratum in contraria sum sententia, cum quæstio non detur inter transversales descendentes ab instituente, sique manemus in terminis juris communis, in quibus in fideicomissis non habet locum representationis, ac inde, nec in maioratu, & in prædicta specie multoties judicavi, ac proinde, non Actor, imo Reus, ut proximior venit admittendus in hoc maioratu, revocata sententia.* Lisboa 29. de Setembro de 1633. Goes.

Priores deliberationes sequimur cum domino Pereir. decis. 116. num. 8. Castilh. quotid. lib. 3. cap. 19. num. 71. relatis ibi 34. Doctoribus, quibus cedat Gama, & Vaz, quem ipse sequitur decis. 345. num. 2. Lisboa 5. Novembbris 1633. Castro.

No feito de Pedro do Quintal contra Joseph Froes, & oppoente Martim Cotta Falcao de Almeyda, Escrivao Manoel Soares Ribeiro, se deu a sentença seguinte.

Vistos estes autos, libello do A. originario Pedro do Quintal Cotta, que falecendo no discurso da causa se habilitou em seu lugar o A. Alvaro do Quintal Cotta, contrariada de R. Joseph Froes de Andrade, artigos Pars II.

de oposição de Martim Cotta Falcao, & os mais recebidos, documentos juntos, & as provas dadas por todas as partes; Mostrase, que Antonio Falcao Cotta, & sua mulher Isabel Correa fizeram hum testamento aprovado, & nelle instituiçam de Capella, & morgado dos bens de suas terças, tomada pelo costume de Coruche, com encargo de missas para andarem para sempre avinculados, com prohibição de toda alheação, chaman-do em primeiro lugar para succeder na dita Capella, & morgado a seu filho mais velho, & em falta delle a filha mais velha, que de entre ambos ficasse, & que nam lhe ficando filho, ou filha, que em tal caso mandavam, que por sua morte viesse a dita Capella a seu primo, & compadre Gemes do Quintal Cotta, & por morte delle a seu filho mais velho baram, & nam tendo a sua filha mais velha, & que assim andaria na sua linha para conservação de seu nome, & que o possuidor se chamaria Cotta por appellido principal, depois da qual disposição fez segunda vocação do dito Gemes do Quintal, & sua posteridade, dizendo, que nam tendo filho, ou filha, tornaria o dito morgado ao dito Gemes do Quintal seu compadre, & primo, & que assim andaria para sempre na sua linha, em quanto o mundo durasse, da parte dos Cottas, & que as pessoas que no dito morgado sucedesssem, teriam obrigação de lhe annexar as duas terças de sua terça, & que a todos os mais seus parentes desherdavaõ com hum. pucaro de agua; & posto que da dita instituiçam senão mostre o proprio testamento, consta ser authentic o treslado, que delle se offerere feito por hum Tabaliaõ, & concertado com outro, & tão antigo, que ha perto de setenta annos, que soy tresladado por mandado, & autoridade de justiça à instancia da parte, a que sómente tocava, Luis Cotta Falcao filho dos instituidores, & primeiro sucessor, como se vê de suas petições fol. 74. confessando nellas a dita instituiçam, como também a confessou em seu testamento, como delle se vê fol. 200. tomando na forma delle, & avinculando ao dito morgado as duas terças de sua terça pelo costume de Coruche, & pela offerta fol. 32. oferece o R. por seu procurador largar ao A. originario os bens do dito morgado, reconhecendo-os por tales, posto que depois o contradisse pelos embargos fol. 44. fundados em se-nam apresentar o testamento original, o qual consta também haver pela declaração, que fez a mulher do dito Gemes do Quintal fol. 194. & que seu marido como tutor do dito Luis Cotta filho dos instituidores compriram algüs legados delle, pedindo o treslado, que o

Iuiz lhe mandou dar, como ali dâ fé o Escrivão dos autos, em que se continuou o dito requerimento, mandando o Iuiz, que ao novo tutor dado ao dito orfaõ se entregassem todos os papeis, que lhe tocavam, que se metteriaõ em húa arca, que para esse effeito se faria, de que se presume, que nella, & ao dito tutor se entregaria o dito testamento original, & se prova por algúas testemunhas, que os ditos testadores o fizeraõ, & nelle a instituição do dito morgado, & como bens delle foraõ sempre possuidos os que deixáraõ os instituidores, por quanto se mostra, que por sua morte lhe sucedeõ o dito seu filho Luis Cotta Falcaõ, & por morte delle, seu neto Jorge Cotta, & por morte delle, sua irmãa Dona Isabel de Castro mulher do R. & ultima possuidora dos ditos bens, sem nunca delles se fazer devisaõ, nem separaçam, havendo sessenta annos, que os testadores falecerão, com que ficaõ cessando as presumpções allegadas pelo R. de que o trespaldo do dito testamento nam he verdadeiro, & se prova, que por morte da ultima possuidora da dita Capella, & morgado, ficou, & está de posse delle o R. seu marido. Mostrase que o oppoente Martim Cotta Falcaõ, he filho de Gaspar Cotta Falcaõ, & neto de outro Martim Cotta Falcaõ, & que he notorio ser da familia dos Cottas facções dos instituidores, & que o dito Luis Cotta primeiro sucessor pelas cartas de fol. 136. tè 140. se nomeava por primo do dito Gaspar Cotta pay do oppoente; porém nam prova o parentesco de grao certo em que estivesse com os instituidores, nem com a ultima possuidora sua neta mulher do R. & se mostra por parte do A. habilitado, que elle he filho legitimo de Pedro do Quintal Cotta A. originario, & neto do dito Gemes do Quintal Cotta primo com irmão dos instituidores, & que pelo ser por Provisão de Sua Magestade, foy encarregado da tutoria do dho Luis Cotta filho dos testadores, & ficou em posse de seus bens, & os deu a inventário, que delles se fez, & posto que por parte do oppoente se argua, que a dita vocaçam do dito Gemes do Quintal Cotta foy restricta, não tendo filhos os instituidores, & que com a existencia do que lhe ficou Luis Cotta Falcaõ, caducon a dita vocaçam, com tudo como della se vê, & da segunda, que fizeraõ os instituidores declarando, que nam lhe ficando filho, ou filha legitimos, tornaria o dito morgado ao dito Gemes do Quintal seu primo, & compadre, & que assim andaria para sempre em quanto o mundo durasse na sua linha da parte dos Cottas, se verifica que a vontade dos testadores nam foy, que a dita condição fosse resolutiva do dito Gemes do Quintal, & seus

descendentes pela existencia de filhos, mas só mente suspensiva em quanto durasse a linha dos instituidores, & faltando ella ha lugar a segunda vocaçam, sem dependencia da primeira que a suspende, & nam extingua a successão do dito morgado. O que tudo visto, o mais dos autos, & disposição de Direito em tal caso, & como outrossim o A. he neto do dito Gemes do Quintal Cotta primo irmão dos instituidores chamado por elles, & parente mais chegado da ultima possuidora, & da sua geração, & como o oppoente nam justifica como se requere o grao de parentesco com que esteja com a ultima possuidora, & instituidores, & como o R. com elles nam tem parentesco algum, nem he de sua geração, julgo, & declaro que ao oppoente Martim Cotta Falcaõ nam compete a successão da dita Capella, & morgado, & que o A. Alvaro do Quintal por parente mais chegado, & chamado pelos instituidores, como neto do dito Gemes do Quintal, & de sua linha dos Cottas, he o legitimo sucessor do dito morgado, & condene ao R. abra mão de todos os bens, que a elle pertencem, & os restitua ao A. com os frutos da lide contestada em diante, o que tudo se liquidará na execução da sentença, & cōdeno mais nas custas dos autos. Lisboa 9. de Agosto de 1648. Francisco Monteyro Monterroyo.

A qua sententia fuit gravamen interpretatum ad Supplicationis Senatum, ubi fuit confirmata, & fundata in deliberationibus sequentibus.

Instrumenti originalis mentio fit in L. 3. Cod. de divers. rescript. & cap. fin. de fid. instr. quod etiam principale appellatur in auth. fratrum filijs §. illud quoque collat. 9. authenticis instrumenti meminerunt text. in dist. L. 3. & in L. 2. ff. de fid. instrum. in cap. 1. & 2. extra eod. tit. Neque ista synonima sunt, sed diversa, etenim originale, est ipsa prima scriptura, origo actus, atque exemplarium inde sumptorum; authenticum vero est, quod certam, & indubitatam fidem habet, quia constat de authore, & ab originali fideliter fuit transcriptum; qua ratione Iustiniani constitutiones novellas dicimus authenticas, quod certam fidem habeant, fueruntque ab ipso Graeco originali ad litteram traductæ. Ita distinguit Covar. præf. 19. a. n. 1.

Plane, quamvis regulariter per instrumenta non solum authenticæ, sed & originalia debeat fieri probatio, dict. L. 3. Cod. de divers. rescript. Sæpe tamen authenticam sufficit dict. L. 2. ff. de fid. instr. dict. cap. 1. t. tra, eod. tit. Cov. dict. n. 1. vers. (hinc denique) exempla

exempla sunt in dict. auth. ut fratribus filiis  
dict. § illud quoque, in dict. cap. fin. de fid. in-  
str. in gloss. 1. ad fin. in dict. L. 2. ff eod. tit.  
Bart. in auth. si quis in aliquo, num. 2. 3. 10.  
16. Cod. edendo, Mascard. concl. 712. num. 3.  
& 5. & concl. 918. n. 1. & 2. vol. 2. Tusc. liter.  
I. concl. 247. n. 1. & 2.

<sup>149</sup> Inter quæ exempla illud opponi potest,  
quod si originale testamentum per ipsum te-  
statorem, vel aliam partem interesse haben-  
tem in libro Notarum Tabelionis transcri-  
batur, hæc transcriptio vocabitur instru-  
mentum authenticum, sic mihi probat text.  
in dict. auth. ut fratr. fil. §. illud quoque, col-  
lat 9. & quamvis gloss. 1. ad fin. in dict. L. 2.  
de fid. instr. intelligat illum authenticum, quā-  
do transcriptio, seu registratio facta fuit  
de mandato Judicis, afferit tamen, etiam abs-  
que tali mandato, ex ea transcriptione pro-  
bari originale intercessisse. Addo vero  
scripturam prolatam in Archivo publico le-  
gitimum habere testimonium, Auth. ad hac  
§. item, & chartæ Cod. de fid. instr. de quo  
late Trentacing. var. lib. 2. tit. de fid. instr. re-  
solut. 8. Porro Notarum libros apud Tabel-  
liones ad instar publici Archivi reputo, ar-  
gumento Ord. lib. I. tit. 78. §. 2. ex quibus  
chartam illam à fol. 10. ac iterum à fol. 76.  
non exemplum exempli, sed exemplum au-  
thentici arbitror reputandum, ac uti tale fi-  
dem habere.

<sup>150</sup> Nec obstant, quæ ei opponuntur, licet  
enim instrumentorum falsitas per conjectu-  
ras, & præsumptiones ostendi valeat, ex his  
quæ Mascard. concl. 739. à num. 4. Tusc.  
liter. F. concl. 44. & 45. hæc tamen non suf-  
ficiunt nisi vehementissimæ, ut satis appareat  
apud allegatos D.D. & expresse notatur in  
L. fin. Cod. de edict. Div. Adrian. ubi gloss.  
verbo (vitiatum) Cap. ex literis, C inter di-  
lectos de fid. instr. Bossius in pract. tit. de falsis  
ex num. 6 opposita vero in presenti. non  
sunt hujus qualitatis.

<sup>151</sup> Etenim, quod Notæ liber non appareat,  
facile excusat advertendo transumptum  
datum fuisse ante sexaginta annos, Tabellio-  
nes autem non tenentur servare tales libros  
ultra annos quadraginta juxta Ord. dict. lib.  
I. tit. 78. §. 2. unde talem præsumptionem  
in antiquis non concludere, quando non du-  
bitatur de manu Notarij transribentis, pro-  
bat Tusc. liter. I. concl. 247. num. 8. ex Ia-  
son in L. Barbarius n. 57. de offic. Præf.

<sup>152</sup> Deinde, quod tutor filij testatoris nolue-  
rit tradere originale requisitus, rorique-  
ri potest in favorem testamenti, quia cum  
in eo ipse tutor ad maioratum esset substi-  
tutus, meritò cautus volebat penes se ha-

bere originale, nec mirum per ejus mortem  
fuit desperatum ob mutationes, de quibus  
constat fol. 194. cumque ista conjectura pro  
utraque parte sumi queat, inclinare debe-  
mus in eam quæ falsitatem instrumēti pur-  
get, ex his quæ Mascard. concl. 1224. à  
num 30.

Ulterius, quod narratur circa mores No-  
tarij transribentis, non ipse comprehen-  
sus fuisset in aliqua falsitate secundum Ord.  
lib. 3. tit. 60. §. 3. quod hic non probatur.  
<sup>843</sup>

Aliæ tandem objectiones solum accusant  
incuriam Notarij in transcribendo, at cum  
non tangant substantiam, nil evincunt, ut  
probetur ex Ord. dict. §. 3. & dict. gloss. ( vi-  
tiatum ) in L. fin. Cod. de edict. Div. Adrian.  
Tusc. liter. I. concl. 246. num. 1. & concl. 254.  
num 1. cum seqq.

Quinimò si talis suspicio adversus in-  
strumentum daretur, quæ obligaret produ-  
centem ad probandam vi veritatem juxta  
ea, quæ Mascard. concl. 739. num. 4. & com-  
muniter DD. in L. pen. Cod. de probat adhuc  
ipse probat, primo; quia dicto fol. 194. con-  
stat defunctos fecisse testamentum, igitur  
non apparente alio, recte in favorem ejus de-  
quo agitur applicatur regula dictans non  
videri falsum quod juvatur primordio ve-  
ritatis. Bart. per text. ibi in L. cum filius 76.  
de legat. 2. Claro in §. falsum num 43. vers.  
præterea. Secundo tollitur scrupulus ex te-  
stamento Ludovici filij prædicti testatoris,  
in quo fol. 203. non solum facetur testa-  
mentum patris, sed insuper maioratum in  
eo institutum, & ulterius refert clausulam  
vinculandi duas partes tertię, quam vide-  
mus fol. 16. Tertio ex abūdanti accedunt te-  
stes à fol. 158. maioratus institutionem ta-  
liter qualiter affirmantes, cumque unæ præ-  
sumptiones tollent alias apud Mascard. con-  
cl. 1224. satis illæ pro Reo allegatæ, ab istis  
Actoris eliduntur.

His consideratis, maioratum censeo in-  
stitutum in tertii utriusque conjugis, ut  
fol. 13. item in duabus partibus tertiae Lu-  
dovici filij eorum, quas vinculavit dicto fol.  
203. ad fin. non autem in legitima ipsius  
Ludovici, ut institutores optarunt fol. 14.  
non enim poterant de ea dispositione, prohibe-  
rente L. quoniam in prioribus Cod. de inof-  
ficio. testam. nec video approbationem filij  
ita expressam, ut de novo jure requiritur in  
eadem L. §. & generaliter ubi notant omnes;  
imo potius per alienationes, de quibus me-  
minit eruditus satis patronus in doctissimis  
allegationibus fol. 345. verificatur cum mul-  
ta bona, quæ forte legitimam reputabat, pro  
liberis habuisse.

847 Igitur liquidatione facta ( quæ nondum facta constat ) tantummodo in supradictis Reum condemnarem in favorem Actoris, ut pote vocati fol. 14. ad med. non solum in defectum filiorum institutorum , sed etiam in defectum omnium suorum descendientium; ita enim adversus opponentem suadent, quæ pro Actore allegantur, quibus additur verisimilitudo, & conjecturata mens in delatione maioratum primum cibinet locum, etiam ante verba, quæ aliud videantur significare apud *Peregrin. de fidei-com. art. 11. per tot. Paz. in proemio ad L. Tauri num. 126.* Pelaes de maiorat. p. 2. in prefat. à num. 22. ita confirmata , & declarata sententia Vlyssipone 1. Decembbris 1649. Sousa de Macedo.

848 Adhærendo dictis, & sapientissime adductis ab amantissimo Domino meo fol. 355. & iterum fol. antecedenti, quamvis enim omnia bona libera præsumantur donec contrarium constet, *L. altius ubi notatur, Cod. de servis.* & ad hoc ut bona maioratus obnoxia judicentur, debeat constare de annexatione, & vinculo; *Reynos. alijs citatis observ. 22. à num. 1.* tamen quod bona contenta in testamento fol. 85. maioratus esse dicerem , quia de institutione constat in ipso testamento , & illi fides integra adhibenda est cum sit exemplar originalis, & non exemplar exemplaris, cui fides non adhibetur. *Ord. lib. 3. tit. 60. & §. 3.* & ipse scriba fatetur, quod viderat originale, & quod ex proprio testamento exemplar transcripsit, & licet non affirmet apud quem dictum testamentum viderat, & apud quem remansisset, non ex eo debet exemplar annullari , non enim solet levis omissione vitiare actum; *Valasc. consult. 52. num. 32.* ridiculum enim est dicere, quod ex eo quod non ostenditur originale, caducet exemplar legitime extrahendum, quod fidem publicam habet, potuit enim contingere, quod aliquis quia ei intersit proprium non apparere, id occultet , & sic alter per alterum iniqua conditio inferatur *L. non debet de reg. jur.* & quod utile per inutile vietetur contra juris principium *regula utile de reg. jur. in 6.* & possideat bona maioratus, ut libera, & extinguere voluntatem testatoris, & ipsum maioratum , & quod in testamento patris sui fecerit institutus maioratus, fatetur primus possessor dicti maioratus filius institutoris Ludovici , qui approbando patris voluntatem fol. 203. annexavit dicto maioratui duas partes suę tertię, si enim non esset institutio maioratus à patre prædefuncto facta, otiose diceret Ludovicus primus institutor , quod annexabat partes

suę substantię institutioni, quæ non erat, & non extabat in rerum natura. *L. decem ff. de verbis. L. ejus qui in provincia ff. si certum petatur.* Iuvant dicta testimoniū, qui affirmant vidisse testamentum primi institutoris, & in eo fuisse maioratum institutum, ut fol. 159. per confessiones possessoris, & probatur maioratus institutio, *Burg de Paz. conf. 9. à n.* 1. *Reynos.* ubi supra num. 9. & confessio adest fol. 200. ad conspectum institutionis fol. 80. & ipse possessor Ludovicus recognovit vinculum maioratus à patre instituti scienter, & ita casu, quo non esset, potuit sibi præjudicare , cum in rebus suis unusquisque justus sit moderator, & arbiter, *L. in remandata Cod. mandat. prosequitur ubi supra Reynos. num. 17.* & per geminatas confessiones fassus est faciendo petitiones, ubi de dicto vinculo mentionem facit, ut fol. 74 & multum operatur geminata confessio, *L. Ballista ad Trebell. Decianus conf. 52. n. 55.* & una familia potest efficere, quod succeditur in aliquibus bonis liberis per viam maioratus, & remanent bona, in quibus ita succeditur, obnoxia vinculo maioratus, si ut talia dicta bona possideantur per spatium quadraginta annorum per duas successiones, multis citatis *Reynos.* ubi supra n. ult. & appareat ex certitudine fol. 18. quod per mortem Ludovici Cotta possessoris dicti maioratus non venerunt bona Capellæ in judicium familie erescundę, & comprehendentur in vinculo non solum duæ partes tertię, & substantię Ludovici, sed ejus legitima, nam licet non possit gravamen impunere in legitima filij sui, *L. quoniam in pri-ribus, Cod. inoffic. testam.* tamen valet gravamen annexationis legitimæ maioratus, si ipse maioratus filio gravato relinquatur, alijs adductis *Pereir. decis. 48. à num. 1.* & pater filij legitimæ vinculum fecit fol. 14. & quod bona essent maioratus, confessus est Reus fol. 31. cum autem bona sint maioratus, & vocatus reperiatur A. ut videre est in ipso testamento fol. 81. & declaravit fol. 91. omnibus præferendus est ex *Ord. lib. 4. tit. 100. §. 3.* & ita hoc modo amantissimum Præfitem Curialem confirmarem. Vlyssipone 23. Junij 1650. Doutor Abreu.

Addo supradictis, quia absurdum est dicere, quod amissio originalis, & proprij testamenti detrahatur fidem exemplo authentico, ut ex *Grat. forens. cap. 187. num. 13.* & ex alijs tradit *Barb. ad Ord. lib. 3. tit. 60. in pris-cip.* & argumentum ab absurdo vitando validum est. *L. nam absurdum ff. bon. libertas.* *L. Salvius Aristus ff. legat. præstand. Valasc. conf. 174. num. 11.* maxime ex antiquis, ut est insti-

institutio hujus maioratus, & considerat nullis adductis doctus Patronus fol. 282. & aliqui sunt casus, in quibus exemplo exempli creditur: citantur DD. per Phab. 2. p. a. rest. 61. in fin. quod impræsentiarum non est, cum sit exemplar originalis approbatum per successorem, qui aliquo modo poterat dicti vere maioratum, & non fecit. Die ut supra, Doutor Abreu.

Principalis hujus processus controversia evicta est per deliberationes præcedentes, in quibus confirmatur sententiam amantissimi Præsidis Curialis circa institutionem maioratus probatam extare per documenta oblata, ac evictum reperitur aggravatum vocatum esse expressa vocatione; dissentunt tamen sapientissimi patres quoad bona, in qua dissensione judicium proferre non licet, cum sit quæstio non agitata per partes, ut patet ex libellis, & ex toto processu, quam obrem sententiam simpliciter confirmandam existimarem, in cuius liquidationem poterunt litigantes docere de suo jure, & cognitione causæ, & juris nos jus cuique tribuere suum. Vlyssipone 5. Novembris 1650. Lemos.

Sapientissimus primus Dominus desiderio inveniendi veritatem, ut ipse ait fol. 450. plus illo, quod petitum est in suffragio fol. 401. namque ut superior proximus dominus acutè advertit, nullibi in processu disceptatum est, quænam bona in maioratu nexu comprehendantur, nec etiam, an filij Ludovici legitima hoc onere gravari potuerit; sed nimirum illud solum controversum fuit, an ex oblatis instrumentis, institutione maioratus recte facta censeri debeat, cuique ex litigantibus deferenda sit illius successio? In quo rem evictam lego à prioribus Dominis, & exempla approbata video, quidquid dixisset Molin. de primogen. lib. 3. cap. 13. num. 47. vel saltem ut placuit Gratian. post Surd. forens. cap. 187. num. 13. & 16. licet strictius Cap. 859. num. 2. & bene cap. 268. num. 4. Ideoque neque de validitate institutionis, neque de jure petentis nobis dicere licebit; ad illud vero, quod sapientissimi prioris Domini desiderium excitavit, an ne legitima filij nexui subjiciatur, aliud judicium exposuit, quando scilicet bona in institutione comprehensa, seu ad maioratum pertinentia petita sint, tunc autem, & si quis de legitima dubitet, licet de ea facit mentio per institutorem à fol. 14. Consultus Gabriel Pereir. decis. 48. num. 10. Fusar. de subst. q. 296. num. 58. interim ergo simpliciter sententia confirmanda videtur, nondum declaratis bonis, in quibus vinculum subsi-

stere debet. Vlyssipone 14. Novembris 1650. Sousa.

Sententiam Prætoris meritissimi confirmandam simpliciter assero bonorum expressione negleta, quæ liquidationis propria ad executionem debuit reservati. Vlyssipone 15. Novembris 1650. Pereira.

Et merito ita iudicatum fuit; nam licet 853 gravatus restituere fideicommissum, cum conditione, si sine liberis decelerit, aut si filios non habuerit, evanescat, si filij existant, & substitutio caducet, ut multis diximus tom. 1. cap. 5. num. 586. & seqq. hujus tractatus.

Nihilominus tamen hæc resolutio non 854 habet locum in maioratibus ratione perpetuitatis, & quocunque tempore deficit ha-  
bet locum substitutionis, inclusio, & vocationis facta post illorum mortem, ut diximus d. cap. 5. num. 571. & seqq. & ultra eos Luca de lin. leg. respons. 2. n. 28. & 34. in append. & art. 19. n. 43. Roxas de incomp. maior p. 5. c. p. 2. n. 26. & 27. & 51.

Et talis conditio (si sine filijs) in maiorati- 855 bus non dicitur resolutiva vocationis, aut substitutionis sequentis, sed tantum suspensi-  
va linea vocatæ dum filij vocati existorent, & suspendebatur successio quandiu super-  
sint. Peregrin. conf. 1. lib. 2. Mart. de success.  
leg. 3. p. q. 1. art. 3. num. 4. Tiraq. de primog. q.  
3. n. 6. Alban. conf. 60. num. 17. Barcelon. conf.  
60. num. 17. Beccius conf. 123. n. 19. Mier. de  
maiorat. p. 2. q. 3. n. 1. & est doctrina Bart. in  
L. quandiu in fine ff. hered. inst. late explicat  
Peregrin. de fideicommiss. art. 15. per tot. Fu-  
sar. q. 480. num. 63. & 94. Gratian. forens.  
cap. 771. num. 4. 1. & quare tradit Molin. de  
primog. lib. 1. cap. 1. num. 17. Alter de just. &  
jur. disp. 577. num. 6. ubi quod hæc vocationes  
sunt plures donationes separatae, non  
accessoriæ, nec dependentes à prima, & quod  
non caducant, Gratian. forens. cap. 237. num.  
10. & cap. 771. num. 35. & 38. & per tot.  
Gut pract. q. 67. & num. 20. Wesemb. conf. 15.  
Add. ad Molin. de primog. lib. 3. cap. 6. n. 39.  
Menoch. conf. 803. num. 4. Molin. de primog.  
lib. 1. cap. 6. n. 2. & 9.

Et quid quando concurrunt duo nepotes, & vocatur senior, & uaus ex primogenito est junior, & alter ex secundogenito se-  
nior, an habeat locum linea, & representatio,  
& quis ex nepotibus succedat, vide Gams. dec.  
385. Amat. var. resol. 1. n. 1. & seqq. & signatur n. 12. Ex quibus manet resoluta hæc  
linearum materia circa eæ, quæ frequenter  
accidere possunt; & vide causam appella-  
tionis fratriss mei Andre Martinz Pegas,  
apud Notarium Manoel Pinheiro da Costa.

## C A P. XI.

De varijs exclusionibus, & diversis maioratum speciebus regularibus, & irregularibus, & successorum inclusione, & exclusione, & quando, & quomodo dicatur regularis, & in illo succedatur; & qua forma factus dicatur, & erectus, & quis sit præferendus in eorum successione?

## SVMMARIVM.

- 1 Ordo succedendi provenit ex testatoris voluntate, & quomodo dividantur maioratus.
- 2 Maioratus regularis quis sit, & quomodo in eo succedatur; & quid sit maioratus irregularis.
- 3 Maioratus in dubio censendus est regularis.
- 4 Si probetur bona esse maioratus, & non inventatur institutio, regularis censendus est; & per regulas maioratus deferenda erit successio, & quare, n. 5. & n. 8.
- 5 Maioratus est individuus, & uni tantum deferendus est.
- 6 Quando dicatur maioratus institutus in uno, licet plures sint vocati, & exemplificatur; & n. 10. & seqq.
- 7 Substitutio est secundus gradus institutio-
- Ibid. Si colligatur testatorem velle dividere bona in duos vocatos, non succedit unus, sed fit divisio, & dicuntur duo maioratus, & quis succedat, & n. 10. & seqq.
- 8 Quando sunt plures vocati, an, & quando succedant ordine successivo, vel omnes admittantur.
- I Mpossibile est ad numerum reducere maioratum species, quatenus respiciunt ordinem, & modum succedendi, quia cum proveniant ex testatorum, institutorumque voluntate, ut notat Mier. de maiorat. 4. p. q. 1. num. 6. ex ratione, de qua Molin. de primogen. lib. 2. cap. 2. num. 8. tantæ, quantæ in imaginationem, mentemque te-

statoris venirent species, tantæ erunt maioratum formæ, quæ quotidie inveniuntur variæ, diversæ, & contrariæ, & ita DD. qui de primogenijs agunt, non repignerantur in hoc assumpto, ut recognoscit Molin. de just. disp. 576. ubi regulam suę facultatis sequendo, noluit omittere divisionis normam, & per illam solum reducit maioratus ad duas species, nempe à lege, vel ab homine, & ibi exemplificat; sed Ego ut clarius procedam, ostendam diversam esse divisionem maioratum, quæ consistit in maioratu regulari, aut irregulari agnitionis rigurosæ, vel artificiosæ, in maioratu masculinitatis nudæ, & simplicis, aut qualificatae, & in quo datur exclusio personarum, ex qua fit irregularis.

Maioratus regularis est, qui secundum ordinarias primogenituræ regulas institutur, admissis ad eum primogenitis familiæ generaliter sumptæ, prout omnes consanguineos comprehendit, sive masculos, sive feminas, sive ab ipsis, sive ab illis descendentes, sive in linea recta, sive transversali, ut cum multis tenet Joseph Vella distri. 49. num. 45. & ultra eos Roxas de incompat. maior. p. 1. cap. 6. num. 21. Luca de linea leg. art. 2. num. 56. vers. & maioratus regularis est; & secundum eos dicitur irregularis, quando ultra normas ordinarias institutus est, ut etiam diximus Cap. 1. num. 56. tom. I.

Et in dubio censendus est institutor voluisse maioratum regularem facere, quia cum accidens sit discedere à regula maioratum, non debet præsumi nisi aperte probetur. Larr. dec. 56. num. 9. Roxas d. cap. 6. n. 341. Luca, ubi supra.

Quare si probetur bona esse maioratus, & non inventatur institutio, regularis censendus est, & per illius regulas judicari debet successio, si probetur per tempus legitimum bona maioratus, ut talia possessa fuisse, ut tenet in terminis Robles de repre. lib. 3. cap. 4. num. 19. & 23. & multos refert ibi: sententia principalis locum habet in ijs maioratibus, qui absque institutionis scriptura ex sola temporis antiquitate, & consuetudine constat; tenet Molin. de primogen. lib. 1. cap. 3. num. 22. & lib. 2. cap. 6. num. 76. vers. illud, & lib. 3. cap. 13. num. 51. & ibi Add. Paz de Tenut. lib. 1. cap. 27. n. 12. & 14. 16. & cap. 57. num. 40. late Casilh. lib. 3. contr. cap. 19. num. 260. & lib. 2. cap. 22. ex num. 33. de qua re diximus Cap. 6.

Atque ita tantummodo cum voluntate faciendi maioratum suppletur à lege votatio

catio ordinaria, secundum ordinem, & consuetudinem successionis majoratus regulares, ut tenent Molin. de primog. lib. I. cap. 5. & diximus supra d. cap. 6. & isti dicuntur majoratus regulares, & etiam illi, qui se conformant cum Legibus Regni, ut tenet Molin. de justit. disp. 576. & in illo majoratu succeditur per regulas propositas supra cap. 10. num. 1. & seqq. nempe per vocationem, lineam, gradum, sexum, & etatem, representationemque, ut late dictum extat, & judicatum ostenditur.

Et cum majoratus sit individuus, & unitarius, deferendus. Roxas de incompat. majorat. p. 1. cap. 11. num. 22. & 5. p. cap. 4. num. 17. Molin. de primog. lib. I. cap. 3. num. 6. & cap. 7. num. 34. & cap. 11. & lib. 3. cap. 1. n. 19. Castilb. tom. 6. contr. cap. 159. Vella disser. 4. & 49. num. 42. Pereir. in politic. lib. 3. cap. 17. pag. 362. vers. lo quario, & seqq. Cyriac. contr. 414. Giurb. de feud. §. 2. gloss. 5. n. 81. ubi quod procedit pluribus etiam vocatis.

Venit disputanda, & resolvenda quæstio substitutionis facta inter plures hoc modo, deixo a terça às minhas quatro filhas, & por morte de húas as outras, com vinculo de morgado, sit majoratus regularis factus, affirmative resolvendum est; quia talis dispositio est provisio per fideicomissum, aut majoratum, ita ut una defecta cæteræ pro æquis partibus admittantur, & ultima majoratus onus gravatur, quia per fideicomissum gravantur. L. Titia 79. §. Seia ff. leg. 2. Cald. de nom. q. 3. n. 3. 15. & 16. Marescot. var. cap. 66. Phab. dec. 133. n. 17.

Et cum majoratus absque conditionibus demonstratur, regularis institutus censetur, & succeditur per juris communis, & nostri Regni regulas, quamvis uniatur in ultimo per venditionem, ut me patrocinante judicatum fuit in causa Emmanuelis de Siqueira Peixoto cum Gregorio Alvarez Bandeira, anno 1672. apud Notarium Ludovicum Correa de Torres.

Substitutione enim in hoc casu est secundus gradus substitutionis. L. 3. §. & si percipit. ff. delib. & posth. & ita pertinet per vocatione sequenti, & optimo jure judicatum fuit, & observari debet, nisi colligatur testator voluisse dividere bona in duos vocatos, quia tunc non succedit unus, sed sic divisio, & dicuntur duo majoratus, in quibus succedit consanguineus, & descendens vocari, licet omnia bona indivisa possiderentur ab uno, ut judicatum fuit optimis fundamentis in casu sequenti, non obstante Arest. Cabed. p. 1. n. 97.

No feito de appellaçao civil, em que saõ 10 partes appellantes Manoel Lopes Mena, & sua mulher, & R. appellado Vasco Gomes, Escrivão Manoel Pinheiro da Costa, se deu a sentença seguinte.

Víjos estes autos, libello dos AA. Manoel Lopes Mena, & sua mulher, contrariedade dos RR. Vasco Gomes, & sua mulher, replica, & treplica, prova dada papeis, & documentos juntos: Mostrase por parse dos AA. ser o A. Manoel Lopes legitimo possuidor, & administrador de huma Capella, que instituiu Martim Vaz Grilheiro do remanecente de seus bens, depois de sua alma comprida, & doações pagas, & que entre os mais que a este remanecente tocaõ, saõ humas casas como seu chão na rua de Vasco Lopes, as quaes couberão a Pedro Affonso Borba, pay, & sogro dos RR. que soy chamado com outros a este remanecente, como filho de Rodrigo Alvarez, irmão do instituidor, & hora as possuem os ditos RR. sem titulo, que valido seja, pbris pertencem a elle A. como possuidor da Capella, a que elles tocaõ, & lhas nam querer largar sem contenda de juizo: Mostrase mais demandarem elles AA. no Juizo dos Orfaõs desta Villa hum Manoel Fernandez Marques, como tutor do orfaõ Pedro, filho que ficou de Miguel Vaz Mimoso, pedindolhe a successão de huma Capella, que instituiu Martim Vaz Grilheiro do remanecente de seus bens, & julgar o Juizo tal remanecente por Capella, & vinculados a Simão Vaz Mimoso, pay & sogro dos AA. & em consequencia a elles AA. por virtude de huma cessão, que elle lhes havia feito de Direito, tinha a dita Capella, & appellando-se a sentença, se confirmou na Relaçam, em quanto a esta parte, julgandose por bens de Capella todos os que tocáraõ ao remanecente do dito Martim Vaz, em consequencia a elles AA. & que ja na contrariedade, que naquella causa fez o menor, se allegou, que os bens pertencentes aos filhos de Rodrigo Alvarez, nam eraõ de Capella, mas hum fideicomisso com hum encargo de missas, & he o mesmo que nesta causa allegate os RR. para sua defesa, o que lhe não pode valer; porque na outra se julgou na Relaçam o contrario, & á vista da sentença fica desfeita a duvida: mais se mostra, que dos herdeiros nomeados pelo testador, como do testamento junto se deixaver, ficou só vivo Pedro, que ao depois se casou Pedro Vaz Mimoso, o qual unio a sy todo o direito, que o testador havia dado pela sua nomeaçam, de tal sorte, que lhe pertencia recuperar todos os bens do dito remanecente, dos quaes em sua vida possuiu a maior parte; & por sua morte a parente